appellari solet: id est celū et terra: utiq; maius ē q̄ solū celū aut sola terra. Et in vnoq; corpore aliud est magnitudo: aliud color: aliud figura. Pōt em̄ et diminuta magnitudine manere idē color: et eadē figura: et colore mutato manere eadē figurat eadē magnitudo: et figura: eadem non manente: tam magnū eē et eodē mō coloratū. Et quecūq; alia simul dicuntur de corpore: possunt et simul et plura sine ceteris cōmutari. Ac per hoc multiplex esse cōiuncta natura corporis: simplex autē nullo modo. Creatura quoq; spiritalis sicut est anima: est quidē in corporeis comparatione simplicior: sine cōparatione autem corporis multiplex est: etia; ip̄a non simplex. Nam ideo simplicior est corpore: quia non mole diffunditur per spacium loci: sed in vnoquoq; corpore: et in vno toto tota est: et in qualibet parte eius tota est. Et idō cum sit aliquid in quibus exigua particula corporis quod sentiat anima: quibus non fiat i toto corpore: illa tamen tota sentit: quia tota non latet. Sed tamen etiam in anima cum aliud sit artificiosum esse: aliud inerte: aliud acutum: aliud memorem: aliud cupiditas: aliud timor: aliud leticia: aliud tristitia: possint q; et alia sine alijs: et alia magis: alia minus innumerabilia et innumerabiliter in anime natura inueniri: manifestū est non simplicē: sed multiplicē esse naturam. Nihil em̄ simplex mutabile est: oīs autem creatura mutabilis.

De simplici et incōmutabili essentia dei quibus multipliciter scōm substantiam nominetur.  
Capitulum VII.

Deus vero multipliciter quidem dicitur magnus: bonus: sapiens: beatus: verus: et quicquid aliud non indigne dici videtur. Sed eadem magnitudo eius ē: que sapientia: Non enim mole magnus est: s̄ virtute. Et eadem bonitas que sapientia et magnitudo: et eadem veritas que illa omnia. Et nō ē ibi aliud beatū esse: et aliud magnum: aut sapientem: aut verum: aut bonū esse: aut omnino ip̄m esse. Nec quoniam trinitas est: ideo triplex putandus est. Alioquin minor erit pater solus: aut filius solus: q̄ simul pater et filius. Quibus non inueniatur quomodo dici possit: aut pater solus aut filius solus: cum semp atq; inseparabiliter et ille cum filio sit: et ille cum patre: non vt ambo sint pater: aut ambo filij: sed q; semper inuicē: neuter solus. Quia vō dicim⁹ et deū solū ip̄am trinitatē: quibus semper sit cū spiritib⁹ et aīabus sanctis. S̄ solū dicimus q; de⁹ est: q; nō et illi cū illo deus sunt: ita soluz p̄m dicimus p̄m: nō q; sepatur a filio. S̄ q;

non simul ambo pater sunt

Trinitatē deitatis nullo mō triplicē esse dicendā: q; nec tria ibi pl⁹ sūt q̄ vnū: nec vnum minus q̄ tria.

Capitulum VIII.

Quoniam tantus est solus pater: vel solius filius: vel solus spūs sanct⁹. Quis est filij p̄ et filius et spūs sanct⁹: nullo mō triplex dicendus est. Corpora quippe ad iunctiōe sua crescunt. Quis em̄ qui adheret uxori sue: vnū corpus fit: maius tñ corpus fit: q̄ si soli viri eēt: aut soli uxoris. In reb⁹ autē spiritalibus cū minor maior adherescit: sicut creatura creatori: illa fit maior q̄ erat: nō ille. In his em̄ q̄ nō mole magna sunt: hoc ē mai⁹ esse qd est meli⁹ eē. Melior autē fit spūs alicui⁹ creature: cū adheret creatori: q̄ si non adheret: et idō etiā maior q; melior. Qui ḡ adheret dño: vnus spūs est: sed tñ dñs nō idō fit maior: quibus fiat ille qui adheret dño. In ip̄o igit deo cū adheret equali patri filij equalis: aut spūs sanct⁹ patri et filio equalis: nō fit maior de⁹ q; singuli eoz: q; non est quo crescat illa pfectio. Perfectus autē siue p̄: siue filij: siue spūs sanctus: et pfectus deus: p̄ et filius et spūs sanctus et ideo trinitas potius q̄ triplex.

De solo vero deo patre et filio et spiritu sancto.  
Capitulum IX.

Quoniam ostendimus quōd possit dici solus p̄: q; non nisi ip̄e ibi p̄ consideranda est illa sententia q̄ dicitur: deū v̄z solum non esse patre solū: sed p̄m et filium et spiritum sanctum. Si quis em̄ interroget: p̄ solus vtrum sit deus: quomodo respondebitur nō esse nisi forte ita dicamus eē quidē patrem deum: sed non esse solum deum: esse autē solum deum: p̄m et filium et spiritum sanctum. Sed quid agimus d illo testimonio dñi. P̄i em̄ dicebat: et p̄m nominauerat ad quē loquebat. cū ait. Hec est vita et̄na. vt cognoscant te vnū verū deū. Qd quidē arriani sic solent accipere: quasi nō sit filij verus de⁹. Quibus exclusis: videndū est an intelligere cogamur: cū dicitur est p̄i. Ut cognoscant te vnū v̄z deū: tanq; hoc insinuare voluerit: q; et solus p̄ deus verus est: ne non intelligemus deū: nisi ip̄a tria sit: p̄m et filium et spūs sanctum. Nū ḡ ex dñi testimonio: et p̄m vnū verū deū dicim⁹: et filium vnū v̄z deū: et spūs sanctuz vnū v̄z deū: et simul p̄m et filium et spiritum sanctū: id est siml ip̄am trinitatē: non tres veros deos: sed vnū v̄z deuz. An qm̄ addidit. Et quem misisti iesum xp̄m: subaudiendum est vnum verum deum. Et ordo verborū est vt te et quem misisti iesum xp̄m: cognoscan

Dei. 2.

1. Cor. 6.

Job. 14.

Ubi. 5.



# Liber

Incipiunt capitula libri septimi.

i Utrum quicquid de deo non relatiue: sed ad seipm recte dicitur: cuiuslibet p sone in trinitate cōueniat.

ii Ea q̄ patris et filij essentia significant nō esse relatiua: qz q̄cquid ad se: nō ad aliqd̄ dicunt simul ambo sunt.

iii De sapia a deo genita vel creata.

iiii Quid vel a grecis vel latinis necessesse erit dici de ineffabili trinitate.

v De substantia et essentia.

vi De tribus psonis vnius essentie.

Aurelij Augustini liber septimus incipit.

Utrū q̄cqd̄ de deo nō relatiue: s̄ ad seipm recte dicitur: cuiuslibet psona in trinitate pueniat.

## Capitulum I.

Am nūc queramus diligētius q̄tum dat deus qd̄ paulo ante distulim⁹. Utrū et singla queqz in trinitate psona possit et p se ipam nō cū ceteris duab⁹ dici deus: aut magnus: aut sapiēs:

aut verus: aut omnipotēs: aut iustus: et si qd̄ aliud dicit de deo pōt non relatiue: s̄ ad seipm

An vō nō dicant ista: nisi cū trinitas intelligit

f. Lox. f. hoc est qd̄ em facit: qz scriptū est: xpm dei virtutis sue: et dei sapiam: vtrū ita sit p̄ sapie atqz virtutis sue: et hac sapia sapiēs sit quā genuit: et hac virtute potens quā genuit: et qz sp potens et sapiēs: sp genuit virtutē et sapiam. Dixeram⁹ em si ita est: cur nō et magnitudinis sue pater sit q̄ magn⁹ est: et bonitatis q̄ bon⁹ est: et iusticie q̄ iustus: et alia si q̄ sunt. Aut si hec oīa plurib⁹ vocabulis in eadē sapia et virtute intelliguntur ut eadē sit magnitudo q̄ virtus: ea bonitas q̄ sapia: et ea rursus sapia q̄ virtus: sicut itaqz tractauimus: meminim⁹ cū aliqd̄ horū noīo sic accipiendū esse: ac si oīa cōmemorē. Querit⁹ ḡ an p̄ etiā singulus sit sapiēs: atqz ipa sibi ipse sapia: an ita sit sapiēs quō dicēs. Verbo ei qd̄ genuit dicēs ē: nō vbo qd̄ p̄fert et sonat et transit: s̄ vbo qd̄ erat apud deū: et deus erat verbū et oīa p̄ ipm facta sunt: vbo eq̄li sibi q̄ sp atqz in cōmutabiliter dicit seipm. Nō est em ipse vbu sicut nec filius nec imago. Dicēs aut̄ exceptis illis tpalib⁹ vocibus vbi dei: q̄ in creatura sūt nā sonāt et trāsest. Dicēs ḡ illo coeterno vbo nō singulus intelligit⁹: s̄ cū ipō vbo sine q̄ non est vtiqz dicēs. Ita ne et sapiens sicut dicēs: ut ita sit sapia sic verbū: et h̄ sit vbu esse qd̄ est esse sapiam: h̄ etiam esse virtutem: ut virtus et sapia et vbu idem sit: et relatiue dicat⁹: sicut fili⁹ et imago atqz ille nō singulus potēs vel sapiēs: s̄ cuz ipa virtute et sapia quā genuit: sicut nō singul⁹

dicens: sed eo verbo et cum eo verbo quod genuit: atqz ita magnus ea et cum ea magnitudi ne quam genuit. Et sic non alio magnus: alio deus: sed eo magnus quod deus: quia non aliud illi est magnum esse: aliud deum esse: consequens est: ut nec deus singulus: s̄ ea et cuz ea deitate quam genuit: ut sic sit fili⁹ deitas patris sicut sapientia et virtus patris: et sicut ē verbum et imago patris. Et quia non aliud illi est esse: aliud deum esse: ita sit etiam essentia patris filius: sicut est verbum et imago eius. Ac per hoc etiam excepto eo quod pater est: non sit aliquid pater: nisi quia est ei filius: ut nō tātum id quod dicitur pater: qd̄ manifestum est eum non ad seipm: sed ad filiū relatiue dici: et ideo patrem qz est ei filius: sed omnino ut sit qd̄ ad seipm est: ideo sit qz genuit essentia suā. Sicut em magnus est: non nisi ea quam genuit magnitudine: ita et est non nisi ea quam genuit essentia: quia non est aliud illi esse: aliud magnum esse. Ita ne igitur pater est essentie sue: sicut pater est magnitudinis sue. Sicut pater virtutis ac sapientie sue: eadē quippe eius magnitudo que virtus et eadē essentia q̄ magnitudo. Hec disputatio nata ē ex eo qd̄ scriptum est christum esse dei virtutem et dei sapientiam. Quapropter in eas angustias sermo coartatur: cum ineffabili a fari cupimus: ut aut dicamus christum nō esse dei virtutem et dei sapientiam: atqz ita impudēter et impie resistamus apostolo: aut christū qui deū dei virtutem et dei sapientiam esse fateamur: sed eius patrē nō eē patrē virtutis et sapientie sue: quod non minus impium est. Sic em nec christi erit pater: quia xps dei virtus et dei sapientia est: aut non esse patrē virtute sua potētē: neqz sapientia sua sapientem: qd̄ qs̄ audeat dicere: aut aliud in patre intelligi esse: aliud sapientem eē: ut non hoc ipso sit quo sapiens est: quod de anima intelligi solet: que alias insipiens: alias sapiens ē: velut natura mutabilis: et nō summe perfecteqz simplex: aut patrē nō esse aliquid ad se ipsum: et nō solum quod pater est: sed omnino qd̄ ē: ad filiū relatiue dici. Quō ḡ eius deitē filius cui⁹ pater: qm̄ quidem ad seipsum nec essentia est: nec omnino est ad seipm sed etiam esse ad filium illi est. At em multo magis vnius eius demqz essentie: qz vna eademqz eēntia pater et filius: qm̄ quidē patri si ad seipm est ipm esse: sed ad filiū quā essentiam genuit: et qua essentia est quicquid est. Neuter ergo ad se est: et vterqz ad inuicem relatiue dicitur: an pater solus: non solum

quod patris dicitur: sed omnino quicquid dicitur: relative ad filium dicitur: ille autem dicitur ad patrem: et ad se: et si ita est: quid dicitur in filio ad se: an ipsa essentia. Sed patris essentia est filius sicut patris virtus: et sapientia: sicut virtus patris: et imago patris: aut si essentia dicitur ad se filius: pater autem non est essentia: sed genitor: essentie: non est autem ad seipsum: sed hac ipsa essentia quam genuit: sicut hac ipsa magnitudine magnus quam genuit: et magnitudo dicitur ad se filius: ergo et virtus et sapientia et verbum et imago. Quid autem absurdum est imaginem ad se dici: aut si non id ipsum est imago et verbum quod est virtus et sapientia: sed illa relative dicuntur: hec autem ad se non ad aliud incipit non ea sapientia quam genuit: sapiens est pater: quia non potest ipse ad eam relative dici: et illa ad eum relative non dicitur: omnia enim que relative dicuntur ad invicem dicuntur. Restat itaque: ut etiam essentia filius relative dicatur ad patrem. Ex quo conficitur inopinatissimus sensus: ut ipsa essentia non sit essentia: vel certe cum dicitur essentia: non essentia sed relatiuum indicat: quod cum dicitur deus: non essentia indicat: sed relatiuum quo refertur ad seruum. Cum autem homo dicitur vel aliquid tale: quod ad se non ad aliud dicitur: tunc indicatur essentia: hoc ergo cum deus dicitur: homo essentia est: deus vero relative dicitur: homo enim ad se dicitur: deus minus ad seruum: hoc autem verum agimus: si essentia ipsa relative dicitur: essentia ipsa non est essentia. Huc accedit: quod omnis essentia que relative dicitur: etiam aliquid excepto relatiuo: sicut homo deus: homo fructus et equum iumentum: et nummus arra: homo et equum et nummus ad se dicuntur: et sube sunt vel essentie deus vero et seruus et iumentum et arra: ad aliquid relative dicuntur. Sed si non esset homo: id est aliqua substantia: non esset que relative deus diceretur. Et si non esset equus quedam essentia: non esset quod iumentum relative diceretur. Ita si nummis non esset aliqua substantia: nec arra posset relative dici. Quapropter si et pater non est aliquid ad seipsum: non est omnino qui relative dicatur ad aliquid. Non enim si cut ad aliquid coloratum refertur color eius: nec omnino ad se dicitur color: sed semper alicuius colorati est. Illud autem cuius color est etiam si eoque coloratum dicitur ad colorem refertur: tamen id quod corpus dicitur ad se dicitur. Nullo modo ita putandum est patrem non dici aliquid ad seipsum: sed quicquid dicitur ad filium dici. Eundem deo filium et ad seipsum dicitur et ad patrem. Cum deus magnitudo magna et deus potens: utique ad seipsum: et magnitudo atque virtus magni et potentis patris: que pater magnus et potens est. Non ergo ita: sed utrumque substantia: et utrumque vna substantia. Sicut autem absurdum est dicere candidum non esse candorem: sic absurdum

est dicere sapientem non esse sapientiam. Et sic candor ad seipsum candidus dicitur: ita et sapientia ad seipsum dicitur sapiens. Sed candor corporis non est essentia: quoniam ipsum corpus essentia est: et illa est que litas: verum et ab ea dicitur candidum corpus: cui non hoc est esse quod candidum esse. Aliud enim ibi forma et aliud color: et utrumque non in seipso: sed in alia qua mole. Que moles nec forma nec color est: sed formata et colorata. Sapientia vero et sapiens est. Et quoniam quecumque anima participatione sapientie fit sapiens: si rursum desipiat: manet tamen in se sapientia. Nec cum anima fuerit in stulticia commutata illa mutat: non ita est in eo qui ex ea fit sapiens: quemadmodum candor in corpore quod ex illo candidum est. Lumen enim corpus in alium colorem fuerit mutatum: non manebit candor ille: sed omnino esse desinet. Quod si et pater qui genuit sapientiam ex ea fit sapiens: neque hoc est illi esse quod sapere: qualitas eius est filius non proles eius: et non ibi erit iam summa simplicitas: Sed absit ut ita sit: quia vere ibi est summe simplex essentia: hoc ergo est ibi esse quod sapere. Quod si hoc est ibi esse quod sapere: non nullam sapientiam quam genuit sapiens est pater: alioquin non ipse illam: sed illa eum genuit. Quid enim aliud dicimus cum dicimus hoc illi esse esse quod sapere: nisi eo est que sapiens est. Quapropter que causa illi est ut sapiens sit: ipsa illi causa est ut sit: proinde si sapientia quam genuit causa illi est ut sapiens sit: etiam ut sit: ipsa illi causa est. Quod fieri non potest: nisi gignendo eum aut faciendo. Sed neque genitricem neque conditricem patris vel modo quisque dixerit sapientiam. Quid enim est insanius. Ergo et pater ipsa sapientia est. Et ita dicitur filius sapientia patris: quomodo dicitur lumen patris: id est ut quemadmodum lumen de lumine: et utrumque vnum lumen: sic intelligatur sapientia de sapientia: et utrumque vna sapientia: ergo et vna essentia: quia hoc est ibi esse quod sapere. Quod enim est sapientie sapere: et potentie posse et eternitati eternam esse: iusticie iustam esse: magnitudini magnam esse: hoc est essentie ipsum esse. Et quod in illa simplicitate non est aliud sapere quam esse: eadem ibi sapientia que essentia.

Ea que patris et filij essentiam significant non esse relatiua: quia quicquid ad se non ad aliquid dicitur simul ambo sunt.

#### Capitulum II.

Atter igitur et filius simul vna essentia: et vna magnitudo: et vna veritas: et vna sapientia. Sed non pater

# Liber

et filius simul ambo vniū x̄bū: qz non s̄t ambo  
vn<sup>o</sup> fili<sup>o</sup>. Sicut em̄ fili<sup>o</sup> ad patrē refert: nō ad  
seipm̄ dicit: ita et verbū ad eū cui<sup>o</sup> verbū ē re  
fert cū dicit verbū. Et q̄ppe fili<sup>o</sup> quo verbū  
et eo verbū quo filius. Qm̄ igit̄ pater et filius  
simul nō vtiqz vn<sup>o</sup> fili<sup>o</sup>: p̄ns ē: vt pater et fili<sup>o</sup>  
simul nō ambo vniū verbū. Et propterea nō  
eo verbū quo sapiētia: qz verbū nō ad se di  
citur: s̄ t̄m̄ relatiue ad eū cui<sup>o</sup> verbū ē: sic fili<sup>o</sup>  
ad patrē. Sapiētia v̄o eo quo essentia. Et  
ideo qz vna essentia: vna sapiētia. Qm̄ ve  
ro et verbū sapiētia est: s̄ nō eo verbū q̄ sapi  
entia. Verbum em̄ relatiue: sapiētia essenti  
aliter intelligit̄: id dicit accipimus cū dicit x̄  
bum: ac si dicit̄ nata sapiētia: vt sit et filius et  
imago. Et hec duo cū dicunt̄: id ē nata sapiē  
tia in vno eorū eo q̄ nata est et verbū et ima  
gō et fili<sup>o</sup> intelligat̄: et in his om̄ib<sup>o</sup> noib<sup>o</sup> nō  
ostendat̄ essentia: qz relatiue dicunt̄. At in  
altero qd̄ ē sapiētia: qm̄ et ad se dicit̄: seip̄a em̄  
sapiens ē: etiā essentia demōstret̄: et hoc ei<sup>o</sup>  
esse qd̄ s̄ape. Tm̄ pater et fili<sup>o</sup> simul vna sapiē  
tia: quia vna essentia: et sigillatim sapiētia de  
sapiētia: sicut essentia de essentia. Quapro  
pter nō qz pater nō est fili<sup>o</sup>: et fili<sup>o</sup> nō ē pater:  
aut ille ingēnit<sup>o</sup>: ille aut̄ genitus: ideo non  
vna eētia: quia his noibus relatiue eorum  
ostendunt̄. Utterqz aut̄ simul vna sapiētia  
et vna essentia: vbi h̄ ē esse qd̄ s̄ape: nō aut̄ si  
mul vterqz verbū aut filius: qz nō h̄ ē esse qd̄  
verbū: aut filiū esse: sicut iā satis ostēdimus  
ista relatiue dici.

De sapiētia a deo genita vel creata.

Et ergo in scripturis La. III.  
c. mūqz fere de sapiētia quicqz dicit̄  
tur: nisi vt ostendat̄ a deo genita vel  
creata: genita sc̄z p̄ quā facta sunt om̄ia: cre  
ata vero vel facta: sicut in hoibus: cū ad eaz  
que nō creata et facta: sed genita est cōuertū  
tur et illustrant̄. In ipsis em̄ sit aliqd̄ qd̄ voce  
tur eorū sapiētia: vel illud scripturis p̄nun  
ciatibus aut narratib<sup>o</sup> qd̄ verbū caro factū  
est et habitauit in nobis: h̄ mō em̄ x̄pus facta  
sapiētia est: quia factus est homo. An pro  
pterea nō loquit̄ in illis libris sapiētia: vel  
de illa dicit̄ aliquid: nisi qd̄ eā de deo natam  
ostendat̄: aut factā: quā sit et pater ip̄e sapiē  
tia: quia illa nobis sapiētia commēdanda  
erat et imitanda: cui<sup>o</sup> imitatione formamur.  
Pater em̄ eam dicit vt verbū eius sit: non q̄  
modo p̄fert ex ore verbū sonās: aut an̄ p̄nu  
ciationē cogitat̄. Spacijs em̄ t̄pm̄ h̄ cōplet̄:  
illud aut̄ et̄nū ē: et illuminādo dicit nob̄ de se  
et de p̄re: qd̄ dicit̄ dū ē hoib<sup>o</sup>. Jōqz ait: Nemo

nouit filiū nisi pater: et nemo nouit patrē: nisi  
fili<sup>o</sup>: et cui voluerit fili<sup>o</sup> reuelare: qz p̄ filiū re  
uelat pater: id est p̄ x̄bū suū. Si ei hoc verbū  
qd̄ nos p̄ferimus tp̄ale et transitōriū: et seipm̄  
ōndit: et illud d̄ q̄ loq̄mur q̄tomagis x̄bū dei:  
p̄ qd̄ facta sunt oia: qd̄ ita ōndit p̄rem sicuti ē  
pater: qz et ip̄m̄ ita est: et h̄ est qd̄ pater sc̄dm̄  
qd̄ sapiā est et essentia: nam sc̄dm̄ qd̄ verbū nō  
h̄ ē qd̄ pater: qz verbū nō est pater: et x̄bū re  
latiue dicit̄ sicut filius qd̄ vtiqz nō pater. Et iō  
x̄pus virtus et sapiā dei: qz de patre virtute et  
sapiētia: etiā ip̄e virtus et sapiā est sicut lumē  
dei de patre lumine: et sōns vite apud deū pa  
trē: vtiqz fontem vite. Qm̄ apud te inq̄t p̄  
pheta: est sōns vite: et in lumine tuo videbim<sup>o</sup>  
lumē: qz sicut pater habet vitā in semetip̄o sic  
dedit filio habere vitā in semetip̄o: et erat lu  
men v̄x qd̄ illuminat oēm hoīem venientē  
in hunc mundū: et lumen h̄ verbū erat apud  
deū: sed et deus erat verbū. Deus aut̄ lumē  
est: et tenebre in eo non sunt vllē: lumen vero  
non corporeale sed spiritale. Neqz ita spiritale  
vt illuminatione factum sit: quemadmodum  
dictū est apostolis. Vos estis lumen mundi:  
sed lumen quod illuminat omnem hominem  
ea ip̄a et summa sapiētia deus: vnde nūc agi  
mus. Sapiētia vero filius de sapiētia p̄re:  
sicut lumen de lumine: et deus de deo: vt et sin  
gulus pater lumen: et singulus filius lumen: et  
singulus pater deus: et singulus fili<sup>o</sup> deus: er  
go et singulus pater sapiā: et singulus filius sa  
piētia. Et sicut vtrūqz simul vniū lumē: et vn<sup>o</sup>  
deus: sic vtrūqz vna sapiā. Sed filius fact<sup>o</sup> est  
nob̄ sapiā a deo: et iusticia et sacrificatio: qz tem  
poraliter nos ad illum cōuertimur: id est ex a  
liquo tēpe: vt cum illo maneamus in eter  
num. Et ip̄e ex quodam tēpe x̄bum caro  
factū est: et habitauit in nobis. Propterea igit̄  
tur cum p̄nunciatur in scripturis aut narrat̄  
aliquid de sapiētia siue dicere ip̄a: siue cū de  
illa dicitur: filius nobis potissimū insinuat̄.  
Luius imaginis exemplo et nos non disceda  
mus a deo: quia et nos imago dei sumus. Nō  
quidem equalis: facta quippe a patre p̄ filium  
non nata de patre sicut illa. Et nos quia illu  
minamur lumine: illa vero quia lumen illumi  
nās: et ideo illa sine exemplo nobis exemplū  
est. Neqz enim imitatur p̄cedentem aliquē  
ad patrē a quo nunqz est omnino separabi  
lis: quia id ipsum est quod ille de quo est. Nos  
aut̄em nitentes imitamur manentem: et se  
quimur stantem. Et in ip̄o ambulantes tē  
dimus ad ipsum: quia factus est nobis via  
temporalis per humilitatem: Que mansio

Job. 1

Ps. 35

Job. 5

Ibid. 1

J. Job. 1

Abat. 5

J. Loz. 1

Job. 1

Job. 1

Abat. 11

nobis eterna est p diuinitatē. Qm̄ q̄pe spi-  
 ritibus mūdis intellectualib⁹ q̄ supbia non  
 lapsi sunt: in forma dei: ⁊ deo equalis ⁊ deus  
 p̄bet exemplū: vt se idem exēpluz redeundi  
 etiā lapsi p̄beret homini: q̄ p̄pter imundici-  
 am pctōz penāq; mortalitatis deuz videre  
 nō poterat: semetip̄m exinaniiuit: nō mutan-  
 do diuinitatem suā: s̄ n̄fam mutabilitatē as-  
 sumendo: ⁊ formā serui accipiens: venit ad  
 nos in hunc mundū: qui in hoc mundo erat  
 quia mundus p̄ eū factus ē: vt exempluz sur-  
 sum videntib⁹ deū: exemplū deo: sum mirā-  
 tibus hoīem. Exemplū sanis ad p̄manendū  
 exemplū infirmis ad cōualescendū. exēplū  
 morituris ad nō timendū: exemplū mortuis  
 ad resurgendū eēt: in oībus ip̄e p̄matum te-  
 nens. Quia em̄ hō ad beatitudinē sequi nō  
 debebat nisi deū: ⁊ sentire nō poterat deum  
 sequendo deū hoīem factū sequere simul:  
 ⁊ quē sentire poterat ⁊ quem sequi deberet.  
 Roma. 5. Mem⁹ q̄ eū ⁊ inhereamus illi: caritate dif-  
 fusa in cordibus n̄ris p̄ sp̄m̄ sc̄m̄ q̄ dat⁹ est no-  
 bis. Nō igit̄ mirū si p̄pter exemplū q̄ nob̄  
 vt reformaremur ad imaginē dei p̄bet ima-  
 go equalis p̄ri: cū de sapiētia scriptura loq̄-  
 r̄ filio loquit̄ quē sequimur viuēdo sapiēter  
 quis ⁊ pater sit sapientia sicut lumē ⁊ deus:  
 Sp̄s q̄ sanctus siue sūma charitas vtrūq;  
 cōiungens nosq; subiūgens. Qd̄ ideo nō in-  
 digne dicit̄ quia sc̄ptū est: Deus charitas ē:  
 quō nō est etiā sapiētia: cū sit lumen: qm̄ de⁹  
 lumen ē: siue ergo h̄ modo siue alio modo es-  
 sentia sp̄s sancti sigillatim ac p̄prie nominā-  
 da ē qm̄ de⁹ ē: vtiq; lumē est: Et qm̄ lumē est:  
 vtiq; sapiētia est. Deū aut̄ esse sp̄m̄ sc̄m̄: scri-  
 ptura clamat apud apl̄m̄ qui dicit: Rescitis  
 quia tēplū dei est: statimq; subiicit: Et sp̄s  
 dei habitat in vob̄. De⁹ em̄ habitat in tem-  
 plo suo. Nō em̄ tanq; minister habitat sp̄s  
 dei in templo dei: cū alio loco euidentius di-  
 cat: Rescitis qz corpa v̄sa tēplū in vob̄ est  
 sp̄s sancti quē habetis a deo: ⁊ nō estis vestri  
 empti em̄ estis p̄cio magno: gloriificate ⁊ por-  
 tate deū in corpe vestro. Quid est aut̄ sapiē-  
 tia nisi lumen spiritale ⁊ incōmutabile? Est  
 em̄ sol iste lumē s̄ corpale ē: ⁊ spiritalis crea-  
 tura lumen: s̄ nō incōmutabile. Lumē q̄ p̄ter  
 lumen fili⁹: lumen sp̄s sc̄s. Simul aut̄ non  
 tria lumina: s̄ vnū lumen. Et ideo sapientia  
 pater: sapiētia filius: sapiētia sp̄s sc̄s. et si-  
 mul nō tres sapiētie: s̄ vna sapientia: ⁊ quia  
 h̄ est ibi esse qd̄ s̄ape vna essentia pater ⁊ fili-  
 us ⁊ sp̄s sanctus. Nec aliud ē ibi esse q̄ deū  
 ē. Un⁹ q̄ de⁹: pater ⁊ fili⁹ ⁊ sp̄s sanctus.

Quid vel a grecis vel a latinis necesse fu-  
 erit dici de ineffabili trinitate. La. III  
 Itaq; loquēdi causa de ineffabilib⁹  
 vt fari aliquo modo possum⁹ qd̄ es-  
 fari nullo modo possum⁹: dicitur est  
 a n̄ris grecis vna essentia: tres substātie: a la-  
 tinis aut̄ vna essentia vel substātia: tres per-  
 sone: quia sicut iā diximus: nō aliter in s̄mōe  
 n̄fo: id est latino eēntia q̄ suba solet intelligi  
 Et dū intelligat̄ saltē in enigmate qd̄ dicit̄:  
 placuit ita dici vt diceret̄ aliqd̄ cū quererēt  
 qd̄ tria sint: que tria esse fides vera p̄nunci-  
 at: cū ⁊ patrē nō dicit̄ eē filiū: ⁊ sp̄m̄ sc̄m̄ quod  
 est donū dei nec patrē dicit̄ esse nec filiū. Lū  
 q̄ querit̄ qd̄ tria: vel qd̄ tres: cōferimus nos  
 ad inueniendū aliqd̄ speciale vel generale  
 nomē quo cōplectamur hec tria: neq; occur-  
 rit animo qz excedit sup̄eminētia diuinitat̄  
 v̄sitati eloquiū facultatē. Verū em̄ cogitat̄ur  
 deus q̄ dicit̄: ⁊ veri⁹ est q̄ cogitat̄. Lū em̄ di-  
 cimus: nō eundē esse iacob q̄ est abraā: isaac  
 aut̄ nec abraā esse nec iacob: tres eē vtiq; fa-  
 remur abraā isaac ⁊ iacob. S; cū querit̄ quid  
 tres: r̄ndemus tres hoīes: noīe speciali. eos  
 pluraliter appellantes: generali aut̄ si dica-  
 mus tria animalia: hō em̄ sicut veteres diffi-  
 nierūt: aīal ē r̄onale: mortale. Aut sicut scri-  
 ptur e n̄fo loq̄ solēt: tres aīas cū a pte melio-  
 re totū appellari placent: id ē ab aīa: cū corp⁹  
 ⁊ aīa sit totus homo. Ita quippe dictū est in  
 egyptū descendisse cū iacob aīas septuagin-  
 ta q̄q; p̄ tot hoībus. Itē cū dicim⁹ equum  
 tuū nō eū eē q̄ me⁹ ē: ⁊ tertiū alicui⁹ alteri⁹:  
 nec meū eē nec tuū: fatemur tres esse. Et in  
 terroganti qd̄ tres: r̄ndem⁹ tres equos no-  
 mine speciali: generali aut̄ tria aīalia. Item  
 cū dicimus bouē nō esse equū: canē xō nec  
 bouē esse nec equū: tria quedā dicim⁹: ⁊ per-  
 cunctantibus qd̄ tria: nō iā speciali noīe dici-  
 mus tres equos: aut tres boues: aut tres ca-  
 nes: quia nō eadē specie cōtinent̄: s̄ genera-  
 li tria aīalia: siue sup̄iore genere tres subas:  
 vel tres creaturas: vel tres naturas. Que-  
 cūq; aut̄ plurali numero enūciant̄: specialit̄  
 vno noīe etiā generaliter enūciari possunt.  
 Nō aut̄ oīa que generaliter vno noīe appel-  
 lant̄ etiā specialiter appellare vno noīe pos-  
 sumus. Nam tres equos qd̄ est nomen spe-  
 ciale: etiā aīalia tria dicim⁹. Equū vero ⁊ bo-  
 uem: ⁊ canem: animalia tria tm̄ dicimus vel  
 substantias que sunt generalia noīa: ⁊ si qd̄  
 aliud de his generaliter dici pōt. Tres vero  
 equos: aut boues: aut canes: que specialia  
 vocabula sunt: nō ea possum⁹ dicere. Ea q̄p

pe vno nomine quis pluraliter enūciamus que cōiter habent illud qd̄ eo noīe significat. Abraā q̄ppe et isaac et iacob: cōe habent id qd̄ est hō: Ita q̄ dicunt tres hoies. Equus quoq̄ et bos et canis: cōmune habēt id qd̄ ē animal: Dicunt q̄ tria animalia. Ita tres aliq̄s lauros: etiā tres arbores dicim⁹: laurū vero et mirtū: et oleā: tñ tres arbores vt tres subas aut tres naturas: atq̄ ita tres lapides: etiā tria corpa: lapidem vero et lignum et ferrum tantū tria corpa: vel si quo etiā supiore generali noīe dici possunt. Pater q̄ et fili⁹ et spirit⁹ sanctus: qm̄ tres sunt: queramus quid tres sunt: et qd̄ cōmune habeant. Non em̄ cōmune illis est id qd̄ pater ē: vt inuicē sibi sint patres: sicut amici: cum relative ad alterutruq̄ dicant possunt dici tres amici q̄ inuicem sibi sunt. Non aut̄ hoc ibi: qz̄ tātū pater ibi pater: nec duozū pater: sed vnici filij. Nec tres filij: cū pater ibi nō sit filius nec spūsanctus. Nec tres spūsancti: quia et spūsanctus propria significatione qua etiā donū dei dicitur nec pater nec filius. Quid igit̄ tres? Si em̄ tres p̄sone: cōmune ē eis id qd̄ p̄sona est: ergo speciale hoc: aut generale nomen est eis si cōsuetudinē loquendi respicim⁹. Sed vbi est nature nulla diuersitas: ita ibi generalit̄ enūciant̄ aliqua plura vt etiā specialit̄ enūciari possint. Nature em̄ differentia facit: vt laurus et mirtus: et olea: aut equus: aut bos: aut canis: nō dicant̄ speciali noīe: iste tres lauri: aut illi tres boues: sed generali: vt iste tres arbores: et illa tria animalia. Hic vero vbi nulla est essentie diuersitas: optet vt speciale nomen habeant hec tria: qd̄ tñ nō inuenitur. Nā p̄sona generale nomen est: tantum vt etiā hō possit hoc dici: cū tñ intersit inter hoīem et deum. Deinde in ipso generali vocabulo: si propterea dicimus tres personas: quia cōmune est eis id qd̄ p̄sona ē. Alio q̄n nullo modo possunt ita dici: quemadmodum nō dicunt̄ tres filij: quia nō cōmune est eis id qd̄ est filius: cur nō etiā tres deos dicimus: certe em̄ quia pater p̄sona: et filius p̄sona: et spūsanctus p̄sona: ideo tres persone. Quia q̄ pater deus: et filius deus: et spūsanctus deus: cur nō tres dñj? Aut qm̄ ppter ineffabilem cōiunctionē hec tria simul vn⁹ de⁹ cur nō etiā vna p̄sona: vt ita nō possimus dicere tres p̄sonas: q̄uis singulam quāq̄ appellemus p̄sonam: quē admodū nō possum⁹ dicere tres deos: q̄uis quēq̄ singulū appellemus deum: siue patrē: siue filiū: siue spiritū sanctum. An quia scriptura nō dicit tres de-

os: sed nec tres p̄sonas alicubi scripturā cōmemorare inuenim⁹. An quia nec tres: nec vnā p̄sona scriptura dicit hec tria. Legim⁹ em̄ p̄sonā dñi: nō p̄sonā dñm: propterea licet loquēdi et disputandi necessitate tres personas dicere: nō quia scriptura dicit: sed qz̄ scriptura nō contradicit. Si aut̄ diceremus tres deos: tradideret scriptura dicēs Audi Deur. 6 israel: dñs de⁹ tuus deus vn⁹ ē. Cur q̄ et tres essentias nō licet dicere: qd̄ similiter scriptura sicut nō dicit: ita nec tradicit. Nā essentia si speciale nomē est cōmune tribus: cur non dicant̄ tres essentie: sicut abraā isaac et iacob tres hoies: qz̄ homo speciale nomen est commune oibus hominibus. Si aut̄ speciale nomen nō est essentia sed generale: qz̄ homo et pecus et arbor et sidus et angelus dicit̄ eēntia cur nō dicunt̄ iste tres essentie: sicut tres eq̄ dicunt̄ tria animalia: et tres lauri dicunt̄ tres arbores: et tres lapides tria corpa? Aut si ppter vnitatem trinitatis nō dicunt̄ tres eēntie sed vna essentia: cur nō ppter eandē vnitatem nō dicunt̄ tres substātie: vel p̄sone: s̄ vna substantia et vna p̄sona? Q̄ em̄ est illis cōmune nomen essentie: ita vt singulus q̄q̄ dicat̄ essentia: tam illis cōmune ē vel substātie vel p̄sone vocabulū. Qd̄ em̄ de personis fm̄ nram: hoc de substātijs fm̄ grecoꝝ consuetudinē ea que diximus optet intelligi. Sic em̄ dicunt̄ illi tres substantias vnam essentiam: quē admodū nos dicimus tres p̄sonas: vnā essentiā vel substantiā. Quid igit̄ restat: nisi vt fateamur loquēdi necessitate parta hec vocabula: cū opus esset copiosa disputatione aduersum insidias vel errores hereticozū: Lū em̄ conaret̄ humana inopia loquēdo p̄ferre ad hominū sensus: qd̄ in secretario mētis p̄ captu tenet: de domino deo creatore suo: siue p̄ piā fidē: siue p̄ qualēcūq̄ intelligentiā: timuit dicere tres essentias: ne intelligeret̄ in illa sūma equalitate vlla diuersitas. Rursus nō esse tria quedam: nō poterat dicere qd̄ sabellius: qz̄ dixit in heresim lapsus est. Certissime q̄ppe et de scripturis cognoscit̄ qd̄ pie credendū ē: et a spectu mētis idubitata p̄ceptione p̄stringit̄ et patrē eē et filiū et spūscm̄: nec eundē filiū eē qd̄ pater ē: nec spūscm̄ eundē patrē eē vel filiū. Quesiuit qd̄ tria diceret: et dixit substāties siue p̄sonas: q̄bus noībus nō diuersitatem intelligi voluit: s̄ singularitatē voluit: vt nō solū ibi vnitatis intelligatur: ex eo qd̄ dicitur vna eēntia: s̄ et trinitas: ex eo qd̄ dicuntur tres substātie vel p̄sone. Nā si hoc ē de deo

VII

esse qđ subsistere: ita nō erant dicende tres sube: vt nō dicunt tres essentie: quēadmodū quia hē deo esse qđ sape: sicut nō tres essentias: ita nec tres sapiētiās dicim⁹. Sic em̄ qđ hī illi ē deū eē qđ ē cē: tā tres essentias q̄ tres deos dici fas nō est. Si aut̄ aliud est deo esse aliud subsistere: sicut aliud deo cē: aliud patrem eē vel dñm eē: qđ em̄ est ad se dicif: pat̄ aut̄ ad filiū: ⁊ dñs ad seruientem creaturā dicitur: relatiue ḡ subsistit: sic relatiue gignit: ⁊ relatiue dñat. Ita iā substantia nō erit substantia: quia relatiuū erit. Sicut em̄ ab eo qđ est eē appellat̄ essentia: ita ab eo qđ est subsistere substantiā dicimus. Absurdū est autem vt substantia relatiue dicatur. Om̄is em̄ res ad seip̄am: subsistit quātomagis deus. Si tñ dignū est: vt deus dicat subsistere.

De substantia ⁊ essentia. La. V

His em̄ rebus recte intelligit: in quibus subiectis: sunt ea que in aliquo subiecto esse dicunt: sicut color aut forma in corpore. Corpus enī subsistit: et ideo substantia est. Illa vero in subsistente atq; subiecto corpore: que nō substantie sunt: sed in substantia: ⁊ ideo si eē desinat: vel ille color: vel illa forma: nō adimūt corpore esse corpus: q; nō hoc ei est esse: qđ illā vel illam formā colorem ve retinere. Res vero mutabiles neq; simplices pprie dicunt substantie. Deus aut̄ si subsistit vt substantia pprie dici possit: inest in eo aliquid tanq; in subiecto: ⁊ nō est simplex: cui hoc sit esse qđ illi est: ⁊ qđ qđ aliud de illo ad illū dicit: sicut magnus: om̄ipotēs: bon⁹: ⁊ si quid hmōi de deo nō in cōgrue dicit: Refas ē aut̄ dicere vt subsistat: ⁊ subsit deus bonitati sue: atq; illa bonitas nō substantia sit vel potius essentia: neq; ipse de⁹ sit bonitas sua: s; in illo sit tanq; in subiecto. Tñ manifestū est deū abusiue substantiam vocari: vt noīe vsitatioꝝ intelligat̄ essentia: qđ vere ⁊ pprie dicit: ita vt fortasse solum deū dici oporteat essentia. Est em̄ vere solus: qui incōmutabilis est: idq; nomē suū famulo suo moysi enūciauit: cū ait: Ego suz qui sum. Et dices ad eos: qui est misit me ad vos. Sed tñ siue essentia dicat qđ pprie dicitur: siue substantia qđ abusiue: vtrūq; ad se dicit: nō relatiue ad aliqd. Tñ hoc est deo eē qđ subsistere: ⁊ ideo si vna essentia trinitas: vna etiā substantia: fortassis igit̄ cōmodius dicunt tres p̄sone: q̄ tres substantie.

De trib⁹ p̄sonis vni⁹ cēntie La. VI

Ed ne vobis videar suffragari: hoc qđ req̄ramus. Quā ⁊ illi si vellent

sicut dicunt tres subas. tres hypostases. possent dicer: tres p̄sonas. tria p̄sopa. Illud aut̄ maluerūt qđ forte s; in lingue sue p̄suetudinē aptius diceret. Namq; ⁊ in p̄sonis eadē rō est. Nō em̄ aliud est deo esse: aliud p̄sonā esse. sed oīno idē. Nam si esse ad se dicit̄ p̄sona vero relatiue. sic dicamus tres p̄sonas p̄rem ⁊ filiū: et sp̄sctm̄. quēadmodū dicunt̄ aliq; tres amici: aut tres ppinqui: aut tres vicini q; sint adiuicem nō q; vnusq; eorū sit ad seip̄m. Quapropter quilibet ex eis amicus est duorū ceterorū: aut ppinquus: aut vicinus: q; hec noīa relatiuam significatiōem habet. Quid ḡ nō placet vt dicamus p̄rem p̄sonam esse filiū ⁊ sp̄s sancti aut filiū p̄sonam esse p̄ris ⁊ sp̄s sancti: aut sp̄ritū sctm̄ p̄sonam esse p̄ris ⁊ filiū. Sed neq; p̄sona itā dici alicubi solet: neq; in hac trinitate cū dicimus p̄sonā p̄ris: aliud dicim⁹ q̄ substantiam patris. Quo circa vt suba p̄ris ip̄e pater est: non quo pater est sed qđ est: ita ⁊ p̄sona patris nō aliud q̄ ip̄e pater est: ad se quippe dicit̄ p̄sona nō ad filiū vel sp̄sctm̄. sicut ad se dicit̄ deus: ⁊ magnus ⁊ bonus ⁊ iustus. ⁊ si qđ aliis hmōi. Et quēadmodū hoc illi est esse qđ deus esse qđ magnū qđ bonū esse: ita hoc illi est esse qđ p̄sonam esse. Cur ergo non hec tria simul vnam p̄sonam dicimus: sicut vnā essentiam ⁊ vnū deum: sed tres dicim⁹ p̄sonas cū tres deos: aut tres essentias non dicamus: nisi qđ volumus vel vnū aliqd̄ vocabulū seruare huic significationi qua intelligitur trinitas ne oīno taceremus interroganti: quid tres: cum tres esse fateremur? Nam si genus est essentia: species aut̄ substantia siue p̄sona: vt nonnulli sentiunt omitto illud qđ iam dixi: oportere appellare tres essentias: vt appellantur tres substantie vel p̄sone: sicut appellant̄ tres equi eadem q; animalia tria cum sit sp̄s equus: animal genus. Neq; em̄ species ibi pluraliter dicta est: ⁊ genus singulariter tanq; diceret̄ tres equi vnum animal: sed sicut tres equi speciali nomine: ita tria animalia generali nomine. Quod si dicunt substantie vel persone nomine non speciem significari: sed aliquid singulare atq; indiuiduum: vt substantia vel p̄sona: non ita dicatur sicut dicitur homo quod commune ē omnibus hominibus. Sed quomodo dicitur hic homo velut abraam: velut ysaac: velut iacob: vel si quis alius qui etiā digito p̄fens demonstrari possit: sic qđ illos eadem ratio consequetur. Sicut em̄ dicuntur abraam ysaac ⁊ iacob tria indiuidua: ita tres homines ⁊ tres anime. Cur ḡ pat̄ ⁊ filiū ⁊ sp̄sctm̄: si s; genus ⁊ sp̄m ⁊ indiuiduum etiam ista differim⁹

Exod. 3

# Liber

nō ita dicunt tres essentie vt tres substantie seu psonae: sed hec vt dixi omitto. Illud dico si eētia genus est: vna eētia iam nō habet species: sicut quia genus est animal: vnum animal iam nō habet species. Nō sunt ḡ tres species vnus eētie: pater et filius et spūssanctus. Si autē spēs est essentia: sicut species ē homo: tres vero ille quas appellam<sup>9</sup> subas siue psonas: sic eandem speciem cōiter habēt: quē admodū abraā et isaac et iacob: speciem q̄ hō dicit cōiter habent: nō sicut hō subdiuiditur in abraam isaac et iacob: ita vnus homo et in aliquos singulos homines subdiuidi pōt omnino em̄ nō pōt: quia vnus hō iam singul<sup>9</sup> hō est. Lur<sup>9</sup> vna essentia in tres substantias vel psonas subdiuidit: Nam si essentia species est sicut hō: sic est vna essentia sicut vn<sup>9</sup> hō: an sicut dicimus aliquos tres hoīes eius dēq; sexus: eiusdem tempatiōis corpis: eiusdem animi vnā esse naturā: tres em̄ sunt homines: sed vna natura. Sic etiā ibi dicimus tres subas vnā eētia: aut tres psonas vnaz substantiā vel essentiā. Hoc vero vtiq; sile est: quia et veteres q̄ latine locuti sunt. anq; haberēt ista nosa: que nō diu est vt in vsu venerunt: id est essentiā vel substantiā pro his naturā dicebāt. Nō itaq; fm̄ genus et species ista dicimus: sed quasi fm̄ eōdem eandēq; materiā. Sicut ex eodē auro si fierēt tres statue diceremus tres statuas vnū aurū: nec tū diceremus genus aurū: spēs autē statuas: nec aurū specie: statuas vero indiuidua. Nulla quippe species indiuidua sua transgreditur: vt aliquid extra cōprehendat. Lū em̄ diffiniero quid sit hō: qd̄ est nomen speciale: singuli quiq; homines qui sunt indiuidua eadē diffinitione cōtinent: nec aliqd̄ ad eam ptinet quod hō nō sit. Lū vero auro diffiniero: non sole statue si aurē fuerint: sed et anuli: et si qd̄ aliud de auro fuerit ad aurū ptinebit: et si nihil inde fiat: aurū dicit: quia etiā si nō sint aurē: nō ideo nō erūt statue. Item nulla species excedit diffinitionē generis sui. Lur<sup>9</sup> em̄ diffiniero animal: qm̄ generis hui<sup>9</sup> species ē equus: oīs equus aīal est: nō autē statua oīs aurū est. Ideo quīs in tribus statuis aureis recte dicam<sup>9</sup> tres statuas vnū aurū: non tū ita dicimus vt genus aurū: spēs vō statuas itelligamus. Nec sic ergo trinitatez dicimus tres psonas vel substantias: vnā essentiam et vnū deū: tanq; ex vna materia tria quē dā subsistant: etiā si quicqd̄ illud est: in his trib<sup>9</sup> explicatū sit. Nō em̄ aliqd̄ aliud ei<sup>9</sup> eētie ē: pter istā trinitatē: tū tres psonas eiusdē eē-

tie vel tres psonas vnā essentiam dicimus: tres autē psonas ex eadem essentia nō dicim<sup>9</sup> quasi aliud ibi sit qd̄ essentia est: aliud qd̄ persona: sicut tres statuas ex eodem auro possimus dicere. Aliud em̄ illic est esse aurū: aliud esse statuas. Et cū dicunt tres hoīes vna natura: vel tres hoīes eiusdem nature: pōt etiā dici tres hoīes ex eadem natura: quia ex eadem natura: et alij tres hoīes pōt existere. In illa vō eētia trinitatis: nullo mō alia q̄libet psona ex eadem eētia pōt existere. Deinde in his rebus nō tū est vn<sup>9</sup> hō: q̄tū tres hoīes simul. Et plus sunt aliqd̄ homines duo q̄ vnus hō. Et in statuis equalibus plus auri est tres simul: q̄ singule statue: et min<sup>9</sup> auri est vna q̄ due. At in deo nō ē ita. Nō em̄ maior essentia est pater et filius et spūssanctus simul q̄ solus pater aut filius. Sed tres simul ille substantie siue persone si ita dicēde sunt equales sunt singulis: qd̄ animalis hō nō pōt p̄. Nō em̄ pōt cogitare nisi moles et spacia: vel minura vel grandia volitantib<sup>9</sup> in anio eius phantasmatis: tanq; imaginibus corporū. Ex qua imūdicia donec purgetur: credit in patre et filiū et spūssanctum: vnū deum solum: magnū: omnipotentē: bonū: iustū: misericordem: omnīū visibilibus et inuisibilibus cōditorem: et quicqd̄ de illo phumana facultate digne vereq; dici potest. Neq; cū audierit patrem solū deū: separet inde filiū aut spiritum sanctum. Lum co: quippe solus deus cum quo et vnus deus est: quia et filiū cū audimus solū deum sine vlla separatione patris aut spūssancti oportet accipere: atq; ita dicat vnā eētia: vt non existimet aliud alio vel maius vel melius: vel ex aliqua parte diuersum. Nō tū vt pater ipse sit et filius: et spūssanctus: et quicquid aliud ad alterutrum singulara dicunt: sicut verbū qd̄ nō dicit nisi fili<sup>9</sup> aut donū qd̄ nō dicit nisi spūsscūs: ppter qd̄ etiā plural em̄ numerū admittunt: sicut in euangelio scriptū est. Ego et pater vnum sumus. Et vnū dixit et sumus. Unū fm̄ essentiaz qd̄ idē deus sumus fm̄ relatiuū: qd̄ ille pater: filius. Aliqñ et taceat vnitas essentie: et sola pluraliter relatiua cōmemorant. Veniem<sup>9</sup> ad eū ego et pater: et habitabimus apud eū. Veniemus et habitabimus pluralis numerus ē quia p̄dictum est: Ego et pater: id est pater et filius: que relatiue ad inuicē dicunt. Aliquādo latenter oīno: sicut in genesi: Faciamus hoīem ad imaginem et similitudinem nostrā. Et faciamus: et nostrā: pluraliter dictū est: et nisi ex relatiuis accipi nō potest. Non em̄ vt

Job. 2

Job. 10

Ibid. 14

Genes. 1

VIII

facerent dii: aut ad imaginē ⁊ similitudinē deoz  
 sed vt facerēt p̄r ⁊ filius ⁊ spūsanctus ad ima-  
 ginem patris ⁊ filij ⁊ spūsancti: vt subsisteret  
 hō imago dei. De<sup>o</sup> aut trinitas. Sed quia nō  
 oīno equalis fiebat illa imago dei: tanq̄ non  
 ab illo nata: sed ab eo creata. huius rei signifi-  
 cande causa ita imago est: vt ad imaginē sit: i-  
 non equatur paritate: s̄ quadā similitudine ac-  
 cedit. Nō em̄ locoꝝ interuallis: s̄ similitudine ac-  
 cedit ad deū: ⁊ dissimilitudine receditur ab eo.  
 Sunt em̄ qui ita distinguunt: vt imaginē ve-  
 lint esse filiū: hoīem vero non imaginē: s̄ ad  
 imaginē. Reuellit aut̄ eos ap̄ls dicens. Vir q̄  
 dem non debet velare caput: cum sit imago ⁊  
 gloria dei. Non dixit ad imaginē: sed imago.  
 Que tñ imago cū alibi d̄r: Ad imaginem non  
 quasi ad filiū d̄r: que imago equalis est patri.  
 alioquin non diceret ad imaginē n̄f̄az. Quō  
 enim nostram cū filius solius patris imago sit  
 Sed p̄pter imparem vt diximus similitudinē  
 dictus est homo ad imaginem: ⁊ ideo n̄f̄amyt  
 imago trinitatis esset homo: non trinitati eq̄-  
 lis sicut filius patri: sed accedens vt dictum ē  
 quadā similitudine: sicut in distantibus signi-  
 ficatur quedam vicinitas: non loci: sed cuius-  
 dam imitationis. Ad hoc enim eis ⁊ d̄r: Refor-  
 mamini in nouitate mentis vestre. Quibus  
 item dicit. Estote itaq̄ imitatores dei sicut fi-  
 lij carissimi. Nouo enim homini dicitur. Qui  
 renouatur in agnitionem dei. scdm̄ imaginē  
 eius qui creauit euz. Aut si iam placet p̄pter  
 disputandi necessitatem: etiam exceptis no-  
 minibus relatiuis pluralem numerum admit-  
 tere: vel vno nomine respondeat. cuz querit̄  
 quid tria: ⁊ dicere tres substantias: siue tres  
 personas: nulle moles aut interualla cogiren-  
 tur: nulla distantia quātulecunq̄ dissimilitu-  
 dinis: aut vt intelligatur aliud alio vel paulo  
 minus quocunq̄ modo minus esse aliud alio  
 potest: vt neq̄ personaz sit confusio: nec talis  
 distinctio qua sit impar aliquid. Quod si intel-  
 lectu capi non potest: fide teneatur: donec il-  
 lucescat in cordibus ille: qui ait per propheta  
 Nisi credideritis non intelligetis.

Explicit liber septimus.

Incipiunt capitula libri octauū

- i De indifferenti magnitudine trinitatis: in qua non est plus ip̄a trinitas si-  
mul q̄ singula q̄q̄ persona
- ii De essentia veritatis que ē trinitas  
deus: nihil corporeū neq̄ mutabile  
debeat cogitari.
- iii De vero ⁊ sumo ⁊ vno bono.
- iiii De dilectione in deū per fidem.

- v De sacramento incarnationis dñi ⁊ gl-  
uatoris nostri iesu xpi.
  - vi Quid in sc̄tis q̄s nō vidim<sup>9</sup> diligamus
  - vii De vera dilectione:
  - viii Qui fratrem diligit deum diligit. q̄  
amat ⁊ ip̄am dilectionem que ex dō  
⁊ deus est
  - ix De ea forma qua diligitur iustus. di-  
ligatur deus. q̄: nō pōt ea q̄ dilectōz  
excitat forma non diligit: eademq̄ ē  
deus: quia deus caritas est
  - x De amate ⁊ qd̄ amatur ⁊ amore.
- Aurelij augustini. p̄m̄ium in librū octauū
- Primum alibi ea dici proprie i illa  
 trinitate distincte ad singulas p̄-  
 sonas pertinētia: que relatiue di-  
 cuntur ad inuicem: sicut pater et  
 filius ⁊ vtriusq̄ donum spiritus sanctus. Non  
 enim pater trinitas. aut filius trinitas. aut tri-  
 nitas donum. Q̄ vero ad se dicuntur singuli  
 non dici pluraliter tres. sed vnā ip̄am trinita-  
 tem. sicut deus pater: deus filius: de<sup>o</sup> spūsan-  
 ctus. Et dñs pater: dñs filius: dñs spūsanct<sup>9</sup>.  
 Et oipotens pater. oipotens filius: oipotēs  
 spūsanctus. Nec tñ tres dii. aut tres domini:  
 aut tres oipotentes. Sed vnus deus: dñs: oī-  
 potens: ip̄a trinitas: ⁊ quicqd̄ aliud. non ad in-  
 uicē relatiue: sed ad se singuli dicunt̄. Hoc ei-  
 fm̄ essentiam dicunt̄: q̄ hoc est ibi esse. q̄ ma-  
 gnum esse: q̄ bonum esse: q̄ sapientem esse. et  
 quicquid aliud ad se vnaqueq̄ ibi persona vt  
 ip̄a trinitas dicitur. Ideoq̄ dici tres p̄sonas.  
 vel tres substantias: non vt aliqua intelligat̄  
 diuersitas essentie: sed vt vel vno aliquo vo-  
 cabulo responderi possit: cum dicitur qd̄ tres  
 vel quid tria: tantāq̄ esse equalitatem i ea tri-  
 nitate: vt nō solum pater non sit maior q̄ fili<sup>9</sup>  
 quod attinet ad diuinitatem. sed nec pater et  
 filius simul maius aliquid sint q̄ spūsanctus.  
 aut singula queq̄ persona: quelibet triū: min<sup>9</sup>  
 aliquid sit q̄ ip̄a trinitas: Dicta sunt hec: ⁊ si  
 sepius verlando repetantur: familiarius cui-  
 dem innotescunt. Sed ⁊ modus aliq̄s adhibē-  
 dus est: deoq̄ supplicandum deuotissima pie-  
 tate: vt intellectum aperiat: ⁊ studium concē-  
 trationis assumat: quo possit mente cerni essen-  
 tia veritatis: sine vlla mōle: sine vlla mobilita-  
 te. Hunc itaq̄ inquantū ipse adiuuat creator  
 mire misericors: attendamus hec que modo  
 tam interiora q̄ superiora tractabimus. cum  
 sit eadem seruata illa regula: vt quod intel-  
 lectui nostro non dum eluxerit: a firmitate fidei  
 non dimittatur.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

Roma 12

Eph. 5

Colo. 3

# Liber

De indifferenti magnitudine trinitatis in  
q̄ nō est plus ip̄a trinitas siml̄q̄ singula queq̄  
persona.

Capitulum. I.

**I**scimus em̄ nō esse in hac trinitate  
te maius aliquid duas aut tres p  
sonas q̄ vnā earum: qd̄ non capit  
consuetudo carnalis: nō ob aliud  
nisi qz vera que creata sunt sentit̄ vt potest: ve  
ritatem aut̄ ip̄am qua creata sunt non potest  
intueri. Nā si posset: nullo mō esset lux ista cor  
porea manifestior q̄ hoc quod dixim⁹. In sub  
stantia quippe veritatis: qm̄ sola vera est: non  
est maior: aliqua: nisi que verius est. Quicqd̄  
aut̄ intelligibile atq̄ incōmutabile ē: non aliō  
alio verius est: qz eque incōmutabiliter eter  
num ē. Nec qd̄ ibi magnū dicitur: aliunde ma  
gnum est: q̄ eo qd̄ vere est. Quapropter vbi  
magnitudo ip̄a veritas est: quicquid plus ha  
bet magnitudinis: necesse est vt plus habeat  
veritatis. Quicquid ergo plus veritatis non  
habet: non habet pl⁹ etiā magnitudinis. Por  
ro quicquid plus habet veritatis: pfecto ve  
rius est: sicut maius est quod plus habet ma  
gnitudinis: hoc ergo ibi est maius qd̄ verius.  
Non aut̄ verius ē pater ⁊ filius simul: q̄ singu  
lus pater: aut singulus filius. Non igit̄ maius  
aliquid vtrūq̄ simul: q̄ singulum eorum. Et qm̄  
eque vere est etiā sp̄s sanctus: nec pater ⁊ fi  
chitudine et firmitate: acriter tormenta tolerasse. Et si mihi digito ostendatur ipse homo: studeo mihi coniungere: notum facere: amicitia colligare. Itaque si facultas datur: accedo: alloquor: sermonem confero: affectum meum in illum quibus verbis possum exprimo: vicissimque in eo fieri quem in me habet atque exprimere volo: spiritalemque complexum credendo melior: quia peruestigare tam cito et cernere penitus eius interiora non possum: Amo itaque fidelem et fortem virum: amore casto atque germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur: aut incautus aliquo modo sese indicet: quod vel de deo credat incogrua: atque in illo quoque carnale aliquid desideret: et pro tali errore illa pertulerit vel sperate pecunie cupiditate: vel inani auiditate laudis humane: statim amor ille quo in eum ferebar offensus: et quasi percussus: atque ab indigno homine ablatas: in ea forma permanet: ex qua eum tale credens amaueram. Nisi forte ad hoc homo iam ut talis sit: cum tale non esse conperio. Et in illo homine nihil mutatur est: mutari tamen potest ut fiat: quod eum iam esse credideram: in mente autem mea mutata est vtrique ipsa existimatio: que de illo aliter se habebat: et aliter habet. Idemque amor ab intentione perfruendi: ad intentionem consulendi: incommutabili desuper iusticia iubere desexus est. Ipsa vero forma in concusse ac stabili veritate: et in qua fruere homine bonum esse credens: et in qua eum consulo: ut bonus sit: eadem luce incorruptibilis sincerissimeque rationis: et mentis aspectum et illam phantasie nubem quam desuper cerno cum eundem hominem quem videram cogito in perturbabili eternitate perfundit. Item cum arcum pulchre et equaliter intortum quem vidi: verbi gratia: cartagini aere reuoluo: res quedam menti nunciata per oculos memorie que transfusa imaginum conspectum facit. Sed aliud mente conspicio: quod mihi opus illud placet: vnde etiam si displiceret: corrigerem. Itaque de istis secundum illam iudicamus: et illam cernimus rationalis mentis intuitu. Ista vero aut presentia sensu corporis tangimus: aut imagines absentium fixas in memoria recordamur: aut ex earum similitudine talia fingimus: qualia nos ipsi si vellemus atque possemus: etiam opere moliremur. Aliter enim figurantes animo imagines corporum: aut per corpus corpora videntes: aliter autem rationes artemque ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes

De verbo quod mens ex eterna concipit.  
veritate **Capitulum VII.**

**I**lla igitur eterna veritate ex qua temporalia facta sunt omnia: forma fin quam sumus: et fin quam vel in nobis vel in corporibus vera et recta ratione aliquid opamur visu mentis aspicimus: atque inde conceptam rerum veracem noticiam: tamquam verbum apud nos habemus: et dicendo intus signimus: nec a nobis nascendo discedit. Cum autem ad alios loquimur: verbo intus manenti ministerium vocis adhibemus: aut alicuius signi corporalis: ut per quandam commemorationem sensibilem tale aliquid fiat etiam in animo audientis: quale de loquentis animo non recedit. Nihil itaque agimus per membra corporis in factis dictisque nostris: quibus vel approbantur vel improbantur mores hominum: quod non verbo apud nos intus edito preuenimus. Nemo enim volens aliquid facit: quod non in corde suo prius dixerit. Quod verbum amore concipitur: siue creature: siue creatoris: id est aut nature mutabilis aut incommutabilis veritatis.

Quali amore diligi debeat creatura  
**Capitulum VIII.**

**E**rgo aut cupiditate: aut caritate non quo non sit amanda creatura: sed si ad creatorem refertur ille amor: non iam cupiditas sed caritas erit. Tunc enim est cupiditas cum propter se amatur creatura: tunc non utentem adiuuat: sed corrumpit fruente. Cum ergo aut par nobis: aut inferior creatura sit inferior utendum est ad deum: pari autem fruendum: sed in deo. Sicut enim tempore: non in tempore frui debes: sed in eo qui fecit te. Sic etiam illo: quem diligis: tanquam teipsum: et nobis ergo et fratribus in domino fruamur: et inde nos nec ad nosmetipsos remittere: et quasi relaxare deorsum versus audeamus. Nascitur autem verbum cum excogitatum placet: aut ad peccandum aut ad recte faciendum. Verbum ergo nostrum et mentem de qua gignitur quasi medium amor coniungit: seque cum eis tertium complexu in corporeo sine ulla confusione astrigit.

Quo differat dilectio rerum spiritualium ab amore carnalium.  
**Capitulum IX.**

**E**conceptum autem verbum et natum idipsum est: cum voluntas in ipsa noticia coquiescit quod fit in amore spiritualium. Qui enim: verbi gratia: perfecte nouit: perfecteque amat iusticiam: iam iustus est: etiam si nulla existat forma eam forinsecus per membra corporis operandi necessitas. In amore autem carnalium temporaliumque rerum: sicut

in ipsis animalium fetibus: alius est conceptus verbi: alius partus. Illic enim quod cupiendo concipitur: ad ipsam nascitur. Quoniam non sufficit auaricie nosse: et amare aurum: nisi et habeat. Nec nosse et amare vesca: aut conculcere: nisi etiam id agat: nec nosse et amare honores et imperia: nisi prouentiant. Que tamen omnia: nec adpta sufficiunt. Qui enim biberit ex hac inquit aqua: sitiet iterum Job. 4. et in psalmo. Concepit inquit dolorem et peperit iniquitatem. Dolorem vel laborem dicit concipi: cum ea concipiuntur que nosse ac velle non sufficit: et inardescit atque egrotat animus indigentia: donec ad ea perueniat: et quasi pariat ea. Unde eleganter in latina lingua parturiantur: et reperta atque compta: que verba quasi a partu ducta resonant. Quia concipiente cum conceperit parit peccatum. Unde dominus clamat. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: Et alio loco. Eleptis tibus: et lactantibus in illis diebus. Cum itaque ad partum verbi referret omnia vel recte facta vel peccata: ex ore inquit tuo iustificaberis: et ex ore tuo condemnaberis: os volens intelligi: non hoc visibile: sed interius inuisibile cogitationis et cordis.

Non omnia que noticia comprehendit dici posse concepta.  
**Capitulum X.**

**E**cce ergo queritur: utrum omnis noticia verbum: an tantum amata noticia. Nouimus enim et ea que odimus. Sed nec concepta: nec parta dicenda sunt animo: que nobis displicent. Non enim omnia que quoquo modo tangunt concipiuntur: ut tantum nota sint: non tamen verba dicantur: sicut ista de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba que spacia temporum syllabis tenent: siue pronunciantur: siue cogitentur: alter omne quod notum est verbum dicitur a se impressum quod diu de memoria profertur et diffiniri potest: quibus res ipsa displiceat: aliter cum placet quod mente concipitur. Secundum quod genus verbi accipiendum est quod ait apostolus. Nemo dicit dominus Iesus: nisi in spiritu sancto: cum forma aliam verbi notionem dicant hoc et illi. De quibus ipse dominus ait. Non omnis qui dicit mihi domine domine: intrabit in regnum celorum. Verum tamen cum et illa que odimus recte displicent: recteque improbantur: approbatur eorum improbatio: et placet et verbum est. Nec vitiorum noticia nobis displicet: sed ipsa vitia. Nam placet mihi quod noui: et diffinitio quid sit intemperantia: et hoc est verbum eius sicuti sunt in arte nota vitia. Et recte appro-

Job. 4.  
Ps. 7.

Jaco. 1.

Mat. 11.  
Ibid. 24.

1. Cor. 12.

Mat. 7.

# Liber

batur eorum noticia: cum discernit cognitio: speciem priuationemque virtutis: sicut aere: et negare: esse et non esse. At tamen virtute priuari atque in vitium deficere damnable est. Et diffinire intemperantiam verbumque eius dicere pertinet ad artem morum. Esse autem in temperantem ad id pertinet quod illa arte culpatur sicut nosse ac diffinire quod sit soloecism<sup>9</sup> pertinet ad artem loquendi: facere autem vitium est: quod eadem arte reprehendit. Verbum est igitur: quod nunc discernere ac insinuare volumus cum amore: noticia. Cum itaque se mens nouit et amat: iungitur ei amore verbum eius. Et quoniam amat noticiam: et nouit amorem: et verbum in amore est: et amor in verbo: et utrumque in amante atque dicente. Sed omnis secundum speciem noticia: similis est ei rei quam nouit. Est enim alia noticia secundum priuationem quam cum improbamur: loquimur. Et hec priuationis improbatio speciem laudat: ideoque approbatur.

Concepte noticie similitudinem tunc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoscitur: neque inferioris: neque superioris nature est.

## Capitulum. XI.

Abet ergo animus nonnullam speciem h note similitudinem: siue cum ea placet: siue cum eius priuatio displicet. Quocirca in quantum deum nouimus: similes sumus. Sed non ad equalitatem similes: quia nec tantum eum nouimus: quantum ipse se. Et quemadmodum cum per sensum corporis discimus corpora: sit eorum aliqua similitudo in animo nostro: que phantasia memorie est. Non enim omnino ipsa corpora in animo sunt: cum ea cogitamus: sed eorum similitudines. Itaque cum eas pro illis approbam<sup>9</sup>: erramus. Error namque est pro alio alterius approbatio. Ab illo est tamen imaginario corporis in animo: quod illa species corporis: in quantum hec in meliore natura est: id est in substantia vitali sicuti animus est: ita cum deum nouimus: quous melioris efficiamur quam eramus antequam nossemus: maximeque cum eadem noticia etiam placita dignaque amata verbum est: sitque aliqua dei similitudo illa noticia: tamen inferior est: quia in inferiori natura est. Creatura quippe animus: creator autem deus. Ex quo colligitur: quia cum se mens ipsa nouit atque approbat: sic est eadem noticia verbum eius: ut ei sit par omnino et equale: atque identidem: quod neque inferioris essentie noticia est: sicut corporis: neque superioris sicut dei. Et cum habeat noticia similitudinem ad eam rem quam

nouit: hoc est cuius noticia est: hec habet perfectam et equalem qua mens ipsa que nouit est nota. Ideoque et imago et verbum est: quod de illa exprimit cum cognoscendo eidem coequatur: et est gignenti equale quod genitum est.

Lur sicut noticia mentis est proles non etiam amor partus eiusdem sit. *Capitulum. XII.*

Quid ergo amor: non erit imago: non quod verbum: non genitum. Lur enim mens noticiam suam gignit cum se nouit: et amorem suum non gignit cum se amat. Nam si propterea est noticiam sue causa quod noscibilis est: amoris etiam sui causa est: quod est amabilis. Lur utrumque itaque non genuerit: difficile est dicere. Hec enim questio etiam de ipsa summa trinitate: omnipotentissimo creatore deo: ad cuius imaginem homo factus est: solet mouere homines: quos veritas dei per humanam locutionem inuitat ad fidem. Lur non spiritus quoque sanctus a patre deo genitus vel creditur vel intelligitur: ut filius etiam ipse dicatur. Quod nunc in mente humana utrumque inuestigare conamur: ut ex inferiori imagine in qua nobis familiaris natura ipsa nostra quasi interrogata responderet: exercitatioem mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incommutabile dirigamus. Si tamen veritas ipsa persuaserit: sicut dei verbum filium esse nullus christianus dubitat: ita caritatem esse spiritum sanctum. Ergo ad imaginem illam que creatura est: hoc est ad rationalem mentem: diligentius de hac re interroganda considerandaque redeamus: ubi temporaliter existens: non nullarum rerum noticia que ante non erat: et aliquarum rerum amor que antea non amabantur distinctius nobis aperit quid dicamus: quia et ipsi locutioni temporaliter dirigende: facilius est ad explicandum res que in ordine temporum comprehenduntur. Primum itaque manifestum sit posse fieri ut sit aliquid scibile: id est quod sciri possit: et tamen nesciatur: illud autem fieri non posse ut sciat: quod scibile non fuerit. Unde liquido tenendum est quod omnes res quamcumque cognoscimus commo generat in nobis noticiam sui. Ab utroque enim noticia parit: a cognoscente et cognito. Itaque mens cum se ipsam cognoscit: sola parit et noticiam sue: et cognitum enim et cognitorem ipsa est. Erat autem sibi ipsa noscibilis: et antequam se nosset: non noticia sui non erat in ea: cum se ipsa non nouerat. Quod ergo cognoscit se: parem sibi noticiam sui gignit: quia non minus se nouit quam est: nec alterius essentie est noticia eius: non solum quia ipsa nouit: Sed etiam quia se ipsam: sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendum est: cur

Gen. j.

non etiam cum se amat: ipm quocqz amorem sui genuisse videatur: Erat enim amabilis sibi: et anteqz se amaret: quia poterat se amare sicut erat sibi noscibilis: et anteqz se nosset: quia poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis: nunqz se nosse potuisset. Ita si non sibi eet amabilis: nunqz amare potuisset. Cur itaqz amando se non genuisse dicatur amorem suum: sicut cognoscendo se genuit noticiam suam. In eo quidem manifeste osteditur hoc amoris esse principium: unde procedit: ab ipsa quidem mente procedit que sibi est amabilis anteqz se amet: atqz ita principiu est amoris sui quo se amat. Sed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: quia noticia iam inuentum est quod partum repertum dicitur: quod sepe precedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi: quod idem valet si dicas: reperiendi. Que autem reperiuntur: quasi pariuntur: unde proli similia sunt: ubi nisi in ipsa noticia: ibi enim quasi expressa formantur. Nam etsi iam erant res quas querendo inuenimus: noticia tamen ipsa non erat: quam sicut prolem nascentem deputamus: porro appetitus ille qui est inquirendo procedit a querente: et pender quodammodo: neqz requiescit sine quo interdicitur: nisi id quod queritur inuentum: querenti copuletur. Qui appetitus: id est inquisitio: quis amor esse non videatur: quo id quod notum est: amatur. Hoc enim adhuc ut cognoscat agitur: tamen ex eodem genere quidam est. Nam voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: et si id querit quod ad noticiam pertineat: omnis qui querit nosse vult. Quod si ardentem atqz instanter vult: studere dicitur quod maxime in assequendis atqz adipiscendis quibusqz doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetitus quidam: quo id quod nosse volumus querendo et inueniendo nascitur proles ipsa noticia: ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturqz noticia: partus et proles recte dici non potest. Idemqz appetitus quo inhiatur rei cognoscende: fit amor cognite dum tenet atqz amplectitur placitam prolem: id est noticiam gignentiqz coniungit. Et est quedam imago trinitatis: ipsa mens et noticia eius quod est proles eius: ac de se ipsa verbum eius: et amor: tertius: et hec tria vnum atqz vna substantia. Hec minor proles: dum tantam se nouit mens quanta est: nec minor amor dum tantum se diligit quantum nouit et quanta est.

Explicit liber nonus.

Incipiunt capitula libri decimi.

- i De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeteret scire si penitus ignorarent.
- ii Quibus causis amari videntur cognita: cum ipsa scientia eorum que nescimus expetitur.
- iii An incognita sibi sit mens cum se querit ut nouerit.
- iiii De proprijs mentis que non potest ignorare.
- v In quo mens nosse se debeat: et a quibus abstinere ne eis quasi proprijs delectetur: atqz in se minus nouerit.
- vi In quibus mens de se cogitans possit errare.
- vii De opinionibus eorum qui mentem a liquid precipuum corporis esse senserunt.
- viii Quomodo mens nosse se querens: nihil de se corporeum debet cogitare.
- ix Quomodo mens cognoscit se ipsam.
- x Quomodo mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat: de quibus scire esse dubitandum.
- xi De memoria: intelligentia et voluntate: in quibus mens habet in se quandam imaginem diuine trinitatis.
- xii De querenda imagine trinitatis etiam in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeterent scire si penitus ignorarent.

Capitulum i.

Inc ad ea ipsa consequenter enodatus explicanda limitior accedat intentio. Ac primū quia rem prozsus ignota amare omnino nullus potest: nilligenter intuentum est cuiusmodi sit amor studentium: id est non iam scientiu: sed adhuc scire cupientiu quasqz doctrina. Et in his quippe rebz quod non vitate dicitur studium solent existere amores ex auditu: dum

# Liber

cuiusq; pulchritudinis fama ad videndum ac fruendū animus accendit. q; generaliter no-uit corporū pulchritudines: ex eo q; plurimas vidit: et inest intrinsecus vñ approbet: cui forinsecus inhiat. Quid cū sit: nō rei penit? incognite amor excitat. cui? genus ita notū est: Lum asit virū bonū amamus: cui? faciē nō vidim?: ex noticia virtutū amam? quas nouim? i ipsa veritate. Ad doctrinas aut cognoscēdas: ple-rūq; nos laudantiū atq; pdicantiū accendit auctoritas. Atq; nisi breuif impressā cuiusq; doctrine haberem? in aīo notionem: nullo ad eā discendā studio flagrarem?. Quis ei scien-de: verbi gratia: rhetorice vllā curat operam impenderet: nisi ante sciret eā dicendi eē scien-tiam. Aliqñ etiā ipaz doctrinarū fines audi-tos expertos ve miramur: et ex hoc inardesci-mus facultatē cōparare discendo qua ad eos puenire possim?. Tanq; si litteras nesciēti di-catur: quandā esse doctrinā qua quisq; valeat q̄uis longe absenti verba mittere manu fa-cta in silentio: que rursus ille cui mittunt non auribus: sed oculis colligat: idq; fieri videat. Nōne dū concupiscit nosse qd id possit: oī stu-dio circa illū finē mouet: quē iam notū tenet. Sic accendunt studia discentiū. Itā qd quisq; profus ignorat: amare nullo pacto pōt. Ita etiā signū si quis audiat incognitū: veluti ver-bi alicui? sonū quo quid significet ignorat: cu-pit scire quid nā sit: id est sonus ille cui rei cō-memorande institutus sit: veluti audiat cū di-citur temetumz ignorans quid sit: requirat. Jam itaq; oportet vt nouerit signū esse: id est non esse inanem illam vocem: sed aliquid ea significari. Alioquin iam notum est hoc trissyl-labum: et articulatam speciem suam impressit animo per sensum aurium. Quid amplius in eo requiratur: quo magis innotescat: cui? oēs littere oīaq; soni spacia nota sunt: nisi q; siml innotuit signum esse: mouitq; sciendi cupidi-tatē: cui? rei signū sit. Quo igit amplius notū est: sed non plene notū est: eo cupit animus d illo nosse qd reliquū est. Si em̄ tñmō esse istā vocem nosset: eamq; alicui? rei signū esse non nosset: nihil iam quereret de sensibili re: q̄ntū poterat sentiendo percepta. Quia vero non solum esse vocem: sed et signū esse iam nouit: perfecte id nosse vult. Itaq; vllū pfecte signū noscitur: nisi cui? rei signū sit: cognoscat. Hoc q; qui ardenti cura querit vt nouerit: studio-q; accensus insistit: nō pōt dici esse sine amore. Quid igitur amat. Lerte enī amari aliquid nisi notū non potest. Itaq; ille istas tres sylla-bas amat: quas iā notas habet. Si hoc i eis

amat: quia scit eas significare aliquid nō inde nunc agitur: non enim hoc nosse querit. Sed in eo qd scire studet quid amet: inquirimus: qd pfecto nondum nouit: et propterea mira-mur cur amet: qm̄ firmissime nouimus ama-ri nisi nota nō posse. Quid ergo amat: nisi qd nouit atq; intuetur in rationibus rerū que sit pulchritudo doctrine: qua continentur noti-cie signoz oīm: et que sit vtilitas in ea peritia qua inter se humana societas sensa cōmuni-cat. ne sibi hominū cetus deteriores sint: qua uis solitudine: si cogitationes suas colloquē-do non misceantur. Hanc ergo speciez deco-rem et vtilem cernit anima: et nouit: et amat eamq; in se pfici studet q̄tum potest: quisq; vocum significantium: quecunq; ignorat: in-quirat. Aliud est enim qd eam in veritatis lu-ce conspicit: aliud quod in sua facultate con-cupiscit. Concupiscit nanq; in luce veritatis: q̄ magnū et q̄ bonū sit: omnes omnium genti-um linguas intelligere ac loqui: nullamq; vt alienigena audire et a nullo ita audiri. Cuius noticie decus cogitatioe iam cernitur: ama-turq; res no ta q̄ ita conspicit: atq; inflamat studia discentiū: vt circa eam moueant: ei-q; inhiant in omni opera quā impēdunt p̄sque de tali facultati: vt etiam vsu amplectantur qd ratione p̄nosunt: atq; ita quisq; cui facul-tati spe p̄pinquat: ei feruētius amore inarde-scit. Eis doctrinis quippe studet vehemētius que capi posse non desperant. Nam cuius rei adipiscende spem quisq; non gerit: aut tepi-de amat aut oīno nō amat q̄uis q̄ pulchra sit videat. Quocirca: q; oīm liguar scia fere ab oib? desperat: sue gētis qsq; maxie studet vt nouerit. Si et illi ad pfectū p̄cipiende se nō sufficē ferit: nemo tñ tā desidiōsus eē? noticie q̄ nō cū audierit incognitū d̄bū vclit nosse qd illud sit: et si pōt q̄rat et discat. Quid dū q̄rit: vti-q; in studio discēdi ē: et vt amare re incognitaz qd nō ita ē. Spēs nāq; illa tāgit aīm quam no-uit et cogitat: in q̄ elucet dec? p̄sociandoz ani-moz in vocib? notis audiēdis atq; reddēdis eaq; accēdit studio querētē qdē qd ignorat: s notā formā q̄ id p̄ineat intuentē et amantem. Itaq; si querenti: verbi gratia: quid sit teme-tum (hoc em̄ exempli causa posueram) dicat: quid ad te pertinet: respondebit. Ne forte au-diam loquentem: et non intelligam: aut vsq; am forte id legaz: et quid scriptoz senserit ne sciam. Quis tandem huic dicat noli intellige-re quod audis: noli nosse quid legis. Omnibus enī fere animis rationalibus in p̄mptu est: ad videndū huius p̄tie pulchritudo: qua

X

hōim inter se cogitata: significantiū vocū enū  
 ciatione noscunt. ppter hoc notū decus. et ob  
 hoc amari quia notū. studiose querit verbuz  
 illud ignotū. Itaq; cū audierit atq; cognoue  
 rit temetū. a veteribus vinū appellatū: s̄ iam  
 ex vsu loquendi quē nū habem⁹ hoc vocabu  
 lū emortuū. ppter nōnullos fortasse veteruz  
 libros sibi necessariū deputabit. Si autē illos  
 superuacaneos habet. forte iā nec dignuz qđ  
 memorie cōmēdet existimat. q; videt ad illaz  
 spēm doctrine quā notā mente intuetur atq;  
 amat minimē pertinere. Quobz oīs amor stu  
 dentis animi. hoc est volētis scire qđ nescit. nō  
 est amor ei⁹ rei quā nescit. s̄ ei⁹ quā scit. pp̄  
 quā vult scire qđ nescit. aut si tā curiosus ē. vt  
 nō ppter causam aliā notā: sed solo amore ra  
 piat incognita sciēdi: discernend⁹ quidē est a  
 studiosi noīe iste curiosus: sed nec ip̄e amat in  
 cognita: imo p̄gruenti⁹ dicit: odit incognita: que  
 nulla esse vult: dū vult oīa esse cognita. Sed  
 ne quisq; nobis difficiliōz referat questionez  
 asserens tā nō posse quēq; odisse qđ nescit: q̄  
 nō pōt amare qđ nescit. nō resistim⁹ verbis: s̄  
 intelligendū est. nō hoc idē dici cū dicit: amat  
 scire incognita. ac si diceret: amat incognita.  
 Illud ei fieri pōt vt amet quisq; scire incogni  
 ta. vt autē amet incognita non pōt. Non enim  
 frustra ibi est positū scire. Quā qui scire amat ī  
 cognita. nō ip̄a incognita. sed ip̄m scire amat.  
 Quod nisi haberet cognitū neq; scire se quic  
 q; posset fidenter dicere neq; nescire. Non so  
 lum em̄ qui dicit scio. et verum dicit. necesse est  
 vt quid sit scire sciat. sed etia; qui dicit nescio.  
 id que fidenter et verū dicit. scit verū se dicere  
 scit vtiq; quid sit scire. q; discernit ab sciente  
 nescientem. cum veraciter se intuens dicit ne  
 scio. Et cū ip̄e scit se verum dicere. vnde sciret  
 si quid sit scire. nesciret.

Quibus causis amari vidētur cognita. cū  
 ip̄a scientia eozq; nescimus expedit. La. XI.

Ulibet igitur studiosus. quilibet cu  
 riosus non amat incognita. cum ar  
 dentissimo appetitu instat scire qđ  
 nescit. Aut em̄ iam genere notuz habet quod  
 amat. idq; nosse expedit. etiā in aliqua re sin  
 gula vel in singulis rebus que illi nondū note  
 forte laudant: fingitq; aīo in angariam for  
 mam qua excitetur in amore. Unde autē fin  
 git nisi ex his que iam nouerat. Qui tamē for  
 me aīo figurate atq; in cogitatione notissime  
 si eam que laudabat dissimilem inuenerit. for  
 tasse nō amabit. Quō si amauerit. ex illo ama  
 re incipiet ex quo didicit pauloante quippe  
 alia erat que amabatur. quam sibi animus.

formas exhibere cōsueuerat. Si autē illi forme  
 similē inuenerit quā forma p̄dicauerat. cui ve  
 re possit dicere. iā te amabam. nec tunc vtiq;  
 amabat incognita: quā ī illa similitudie nouerat.  
 Aut ī sp̄e sempiternē rōis videm⁹ aliqd et ibi  
 amamus: qđ cum expressum in aliq; rei tp̄alis  
 effigie: illis qđ expti sunt laudantibus et ama  
 mus et credim⁹: nō aliqd amam⁹ incognitum  
 vñ iam supra satis discernim⁹. Aut aliqd no  
 tum amam⁹: ppter qđ ignotū aliqd querim⁹  
 cui⁹ ignoti amore nequaq; nos tenet. s̄ illius  
 cogniti qđ pertinere nouim⁹: vt illud etiā qđ ad  
 huc ignotū q̄rimus nouerim⁹: sicut d̄ incogni  
 to verbo pauloante locut⁹ sum. Aut ip̄m scire  
 quis qđ amat: quod nulli scire aliquid cupierit  
 ti esse incognitū pōt. hīs causis vidēt amare  
 incognita qui scire aliquid volunt quod ne  
 sciūt et ppter ardentiorē q̄rēdi appetitū sine  
 amore esse dici non pōt. Sed q̄q; se res aliter  
 habeat: nec oīno quicq; amet incognita. ar  
 bitror me psuasisse verū diligenter intuenti  
 bus. Sed q; exempla qđ dedim⁹ eoz sunt qui  
 aliqd qđ ip̄i non sunt nosse cupiūt. videndū  
 est. ne forte aliqd nouū genus appareat cum  
 seipsa mens nosse desiderat.

An incognita sibi sit mens cū se querit vt  
 nouerit

Lap̄m. III.

Utd qđ amat mēs. cū ardentē seip̄  
 sam q̄rit vt nouerit. dum incognita  
 sibi est. Ecce em̄ mens semetip̄az q̄  
 rit vt nouerit: et inflāmat hoc studio. Amat  
 igit. Sed qđ amat? Seipsam. Quō. cū se non  
 dū nouerit. nec q̄q; possit amare qđ nescit?  
 An ei fama p̄dicauit specie suā. sicut de absent  
 tib⁹ solemus audire. Forte qđ se nan amat. sed  
 qđ de se fingit hoc amat. lōge fortasse aliud qđ  
 ip̄a est. aut si se mens sui similē fingit. et iō cum  
 hoc figmētum amat se amat anteq; nouerit:  
 q; id qđ sui simile est intuet. Nouit igit alias  
 mētes ex quib⁹ se fingat. et genere ip̄so sibi no  
 ta est. Cur ergo cum alias mētes nouit. se nō  
 nouit. cū seipsa nihil possit esse p̄sentius. Quā  
 vt oculis corpis. magis alij oculi noti sunt. q̄  
 ip̄i sibi nō se q̄rat nūq; inuētura. Quāq; ei se  
 oculi p̄ter specula videbūt. Nec vllō mō putā  
 dū est etiā reb⁹ incorp̄is p̄tēplādis tale aliqd  
 adhiberi. vt mēs tanq; in speculo se nouerit.  
 An ī rōne veritatis eterne videt q̄z speciosuz  
 sit nosse semetip̄am. et hoc amat. qđ videt stu  
 detq; ī se fieri. q; q̄uis sibi nota nō sit. notū tū  
 ei ē qđ bonū sit vt sibi nota sit. Et h̄ qđ ē p̄ mira  
 bile ē. nō dū se nosse. et q̄z sit pulchz se nosse iā  
 nosse. An aliq̄ finē optimū. ī securitatē et bea  
 titudinē suā videt. p̄ q̄ndā occultā memoriā q̄

# Liber

in longinqua eā pgressam nō deseruit. ⁊ credit ad eundē finē: nisi seipam cognouerit se puenire nō posse. Ita dū illud amat hoc q̄rit. ⁊ notū amat illud ppter qd̄ querit ignotū. Sc̄ cur memoria beatitudinis sue potuit memo- ria sui cū ea perdurare non potuit. vt tam se nosset que vult puenire. q̄ nouit illud q̄ vult puenire. An cū se nosse amat. nō se quā nondum nouit. sed ipm̄ nosse amat. acerbiusq̄ to- lerat seipam deesse scientie sue. qua vult cun- cta comprehendere. Nouit aut̄ quid sit nosse. ⁊ dum hoc amat qd̄ nouit etiam se cupit nosse. Ubi ergo nosse suū nouit si se non nouit. nam nouit qd̄ alia nouerit. se aut̄ nō nouerit. hinc em̄ nouit. ⁊ quid sit nosse. Quo pacto igitur se aliquid scientē scit. que seipam nescit. neq̄ em̄ alterā mentē scientem scit s̄ seipam. Scit igitur seipam. Deinde cū se querit vt nouerit querentē se iā nouit. Iā se ergo nouit. Quia propter non pōt oīno nescire se. Que dum se nescientē scit. se vtiq̄ scit. Si aut̄ se nescientē nesciat. nō se querit vt sciat. Quapropter co- ipso quo se querit. magis se. sibi notā q̄ ignotā esse cōuincit. Nouit em̄ se querentē atq̄ nesci- entē: dū se querit vt nouerit. Quid ergo dice- mus. An qd̄ ex pte se nouit. ex pte non nouit. Sed absurdū est dicere: nō eam totā scire qd̄ scit. Non dico totū scit. s̄ qd̄ scit. tota scit. Lū itaq̄ aliquid de se scit. qd̄ nisi tota nō pōt. tota se scit. Scit aut̄ se aliqd̄ scientē. nec pōt quicq̄ scire nisi tota. Scit se igitur tota. Deinde qd̄ eius ei tam notū est q̄ se viuere.

De proprijs mentis que non potest igno- rare.

## Capitulum. III.

Non pōt aut̄ ⁊ mens esse nō viuere qm̄ habet etiā amplius vt intelligat. Nam ⁊ anime bestiarum viuunt. sed non intelligunt. Sicut ergo mens tota mens est. sic tota viuūt. Nouit aut̄ viuere se. Totam se igitur nouit. Postremo cū se nosse mens q̄ rit. mentē se esse iā nouit. alioquin vtrū se que- rat ignorat. ⁊ aliud p alio forsitan querat. Si eri em̄ pōt vt ipa nō sit mens. atq̄ ita dum mē- tem nosse querit. non seipam querat. Quia propter qm̄ cum querit mens quid sit mens. nouit qd̄ se querat. pfecto nouit quod ipsa sit mens. porro si hoc in se nouit quod mens est. ⁊ tota mens est. totam se nouit. Sed ecce nō se nouerit esse mētem. cum aut̄ se querit. hoc tantū modo nouerit quod se querat. Potest em̄ etiam sic aliud p alio querere. si hoc nescit vt autē non querat aliud pro alio. pculdubio nouit quid querat. At si nouit quid querat. ⁊ seipam querit. seipm̄ vtiq̄ nouit. Quid ergo

adhuc q̄rit. q̄ si ex pte se nouit. ex parte at̄ ad- huc q̄rit. non seipam. sed pte suā querit. Lum em̄ eaipa dicit. Deinde q̄ nouit nōdū se a se inuenta totā. nouit q̄nta sit tota. Atq̄ ita q̄rit qd̄ deest. quē admodū solemus q̄rere vt veni- at in mentez qd̄ excidit. nec tñ penitus exci- dit. q̄ pōt recognosci cū venerit hoc eē qd̄ q̄- rebat. Sed quō mens veniat in mentē quasi possit mens in mente non esse. huc accedit q̄ si parte inuēta nō se totā querit. tñ tota se q̄rit. Tota ergo sibi p̄sto est. ⁊ quid adhuc querat non est. hoc em̄ deest quod querit. nō illa que querit. Lum itaq̄ tota se querit nihil eius de- est. Aut si non tota se querit. sed pars que in- uenta est. querit partem que non dum inuen- ta est. Non se q̄ mens q̄rit cuius se nulla pars querit. pars em̄ que inuenta est. nō se querit. pars autem que nondum inuenta est. nec ip- sa se querit. quoniam ab ea que iam inuenta est parte non queritur. Quocirca quia nec to- ta se mens querit. nec pars eius vlla se querit se. mens omnino nō querit.

In quo mens nosse se debeat. ⁊ a quib⁹ ab- stinere ne eis quasi proprijs delectetur atq̄ i se minus nouerit.

## La. V.

Quid ergo ei p̄ceptum est. vt seipam cognoscat. credo vt seipm̄ cogitet. ⁊ fm̄ naturā suam viuat. id ē vt fm̄ na- turā suam ordinati appetat. sub eo sc̄z cui sub- denda est. supra ea quib⁹ p̄ponēda est. sub illo a quo regi debet. supra ea que regere debet. Abulsa em̄ p cupiditatē prauā tanq̄ sui sit. ob- lita. sic agit. Videt em̄ qdā intrinsecus pul- cra. in prestantiori natura que deus est. Et cū instare debeat vt eis fruatur. volens ea sibi tri- buere. ⁊ non ex illo. similis illius. sed ex seipsa esse quod ille est. auertitur ab eo. moueturq̄ ⁊ labitur in minus ⁊ minus. quod putat am- plius ⁊ amplius. quia nec ipsa sibi. nec ei quic- q̄ sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit. Ideoq̄ per egestatem ⁊ difficultatem sit ni- mis intenta in actiones suas. ⁊ inquietas de- lectiones quas per eas colligit. atq̄ ita cu- piditati acquirendi noticias ex his que foris sunt. quorum cognitum genus amat. ⁊ sentit amitti posse. nisi impensa cura tenet tenean- tur perditq̄ securitatem. tantoq̄ seipam mi- nus cogitat. quā ro magis secreta est. q̄ se non possit amittere. Ita cum aliud sit nō se nosse. aliud nō se cogitare. Neq̄ em̄ multax doctri- narū peritū. ignorare grāmaticā dicimus. cū eā nō cogitat. q̄ de medicina arte tunc cogi- tat. Lū ergo aliud sit nō se nosse. ⁊ aliud se co- gitare. tanta vis est amoris. vt ea que cum

X

amore diu cogitauerit. eiq; cure glutino in-  
 helerit. attrahat secū etiā cū ad se cogitandā  
 quodā mō redit. Et qz illa corpora sunt que so-  
 ris per sensus carnis ad amauit. eozq; diutur-  
 na quadā familiaritate implicata est. nec secū  
 pōt introsum tanq; in regiōe incorporee na-  
 ture ipa corpa inferre. imagines eorum con-  
 uoluit z rapit. factus in semetipā: de semetipā  
 Dat em̄ eis formādis quiddam substātie sue:  
 seruat aut̄ aliquid: quo libere de specie taliuz  
 imaginum iudicet: z hoc est magis mens. id  
 est rōalis intelligentia. que seruat vt iudicet  
 Nam illas anime ptes que cozpoz similitudi-  
 bus informantur. etiam cum bestijs nos cō-  
 munia habere sentimus.

In quib<sup>9</sup> mēs in se cogitans possit errare.  
 Capitulū. VI.

**e** Rata aut̄ mēs: cū se istis imaginibus  
 tāto amore pūgit: vt etiā se eē aliqd  
 hmōi existimet. Ita ei pformaf eis quodā mō  
 nō id existendo sed putando. nō quo se imagi-  
 nem putet. s; oīno illud ipm cui<sup>9</sup> imaginē secū  
 habet. Eliget quippe in ea iudiciū discernēdi  
 corpus qd foris relinquit ab imagine. quā de  
 illo secū gerit. nisi cū ita exprimunt eedē ima-  
 gines tanq; foris sentiant: nō intus cogitētur  
 sicut dormientib<sup>9</sup>: aut furentibus: aut in aliq  
 extra se accedere solet.

De opinionibus eoz qui mentē aliqd pci-  
 puū corporis esse senserūt. Capitulū. VII.

**c** Um itaq; se tale aliqd putat. corp<sup>9</sup>  
 esse se putat: Et qz sibi bñ conscia est  
 principat<sup>9</sup> sui quo corpus regit. hīc  
 factū est vt quidā quererent qd corpis āplius  
 valeret in corpe: z hoc esse mentē. vel oīno to-  
 tā aiā existimarēt vt empedocles z ericates  
 opinati sūt. Itaq; alij sanguinē: alij cerebruz  
 alij coz nō sic scriptura dicit. *Lōstitebor tibi i dñe  
 in toto corde meo. Et diliges dōm deū tuum  
 ex toto corde tuo.* Hoc. n. abutendo vel trans-  
 ferēdo vocabulo dicitur a corpe ad animū: s; ipam  
 oīno pculā corpis quā in viscerib<sup>9</sup> dilaniatis  
 videm<sup>9</sup>. eā eē putauerūt. Alij ex minutissimis  
 indiuiduisq; corpusculis q̄s atomos dicūt. cō-  
 currentib<sup>9</sup> in se atq; coherentib<sup>9</sup>. eā p̄fici cre-  
 diderūt. Alij aerē. alij ignē. substātiā ei<sup>9</sup> esse  
 dixerūt. Alij eā nullā esse substātiā. quia nisi  
 corpus: nullā substātiā poterāt cogitare. z  
 eā corpus esse nō inueniebāt. sed ipam tempe-  
 rationē corpis nfi vel cōpāgeni primordioruz  
 quib<sup>9</sup> ista caro tāq; p̄nectit. eē opinati sunt eo  
 qz oēs eā mortālē esse senserūt: qz siue corpus  
 esset: siue aliqua cōpositio corporis. nō posset  
 ytiq; imortaliter pmanere. Qui vero ei<sup>9</sup> sub

Ps. 9. 150  
 157.  
 Deut. 6.

stantiā vitā quandā nequāq; corporeā. qñ qdē  
 vitā. oē viuū corpus animantē ac viuificantē  
 esse reperit. cōsequenter z imortalē. qz vite  
 carere vita nō pōt. vt quisq; potuit pbare co-  
 nati sunt. Nā de quinto illo nescio: quo corpe-  
 qd notissimis q̄rtuor hui<sup>9</sup> mūdi clementis q̄-  
 dā pūgentes. hinc aiā esse dixerūt. hoc lo-  
 co diu differendū nō puto. Aut em̄ hoc vocāt  
 corpus qd nos. cui<sup>9</sup> in lacu spacio ps toto mi-  
 nor est. z in illis annuerādi sunt q̄ mētē cor-  
 poreā esse crediderūt. Aut si vel oēm substā-  
 tiā. vel oēm mutabilē substātiā corpus ap-  
 pellant. cū sciant nō oē locoz spacijs aliqua lō-  
 gitudine vel latitudine z altitudine cōtineri  
 nō cū eis de vocabuli questione pugnandū ē.  
 In his oib<sup>9</sup> sentētijs q̄sq; videt mētē naturā  
 z eē substātiā z nō eē corpeā. i. nō minore sui  
 pre min<sup>9</sup> occupare loci spaciū. mai<sup>9</sup> qz maiore  
 sūt oportet videat eas q̄ opinant eē corporeas  
 nō ob hoc errare qd mens desit eoz noticie. s;  
 qd adiūgūt ea: sine quibus nullā pnt cogitare  
 naturā. Sine phantasijs em̄ corpm quicquid  
 visū fuerint cogitare. nihil oīno eē arbitrāt. iō  
 qz nō se tanq; sibi desit mens requirāt. Quid  
 em̄ tā cognitōi adest. qz id qd menti adest. aut  
 qd tā mēti adest: qz ipa mens. Cū z ipa q̄ ap-  
 pellat inuentio. si verbi originē retractemus  
 qd aliud resonat. nisi qz inuenire est in id ve-  
 nire qd querit. Propterea q̄ q̄si vltro in mētē  
 veniūt. nō vltate dicunt inuēta. q̄uis cogni-  
 ta dici possint. qz nō in ea q̄rendo tendebam<sup>9</sup>  
 vt in ea veniremus: hoc est ea inueniremus.  
 Quapropter sicut ea que oculis aut vltro alio  
 corpis sensu requirunt. ipa mens querit. ipa  
 em̄ etiā sensū carnis intendit. tūc aut̄ inuenit  
 cū in ea q̄ requirunt id est sensus venit. Sic  
 alia que non corporeo sensu internuncio. sed  
 p seipam nosse debet cū in ea venit. inuenit:  
 Aut in supiore substātia. i. in deo: aut in ceter-  
 ris aīe partibus sicut de ipis imaginibus cor-  
 poz cum iudicat. intus em̄ in aiā eas inuenit  
 per corpus impressas

z mens nosse se cupiēs nihil eoz d se cor-  
 poreū debeat cogitare.

Capitulū. VIII.

**e** Rgo seipam quemadmodum que-  
 rat z inueniat. mirabilis questio est  
 q̄ tēdat. vt q̄rat. aut veniat: vt inue-  
 niat. Quid em̄ tam in mente qz mēs est. Sed  
 quia in his est que cum amore cogitat. sensibi-  
 libus aut̄: id est corporalibus cū amore assue-  
 facta est. nō valet sine imaginibus eorum eē  
 in semetipā. hinc ei oboxi erroris dedecus-  
 dum rerum sensarum imagines se cernere.

a se non pōt: vt se solā videat. **L**oheserunt em̄ mirabiliter glutino amoris: et hec est eius immundicia: qm̄ dū se solē niritur cogitare. s̄ se putat esse sine quo se non pōt cogitare. **L**um igit̄ ei p̄cipit vt seipam cognoscat: non se tāq̄ sibi detracta sit querat: sed id qd̄ sibi addidit detrahat. **I**nterior est em̄ ip̄a: non solū q̄ ista sensibilia que manifeste foris sunt: sed etiaz q̄ imagines eoz̄ q̄ in parte quadā sunt aīe. quā habent et bestie: q̄uis intelligentia careant q̄ mētis est pp̄ria. **L**ū ergo sit mens interior q̄dam mō exit a semetip̄a. cū in hec quasi vestigia multaz intentionū exerit amoris affectū. **Q**ue vestigia tanq̄ imprimunt memoriez: q̄ hec que foris sunt corporalia sentiunt: vt etiam cū absunt ista: presto sint tñ imagines eorum cogitantib⁹. **C**ognoscat q̄ semetip̄am: nec q̄si absentē se querat: sed intentionem voluntatis qua palia vagabat̄ statuatur in seipam: et se cogitet. **I**ta videbit q̄ nunq̄ se nō amauerit: nunq̄ nescierit: **S**ed aliud secū amando cuz eo se confudit et cōcreuit quodammō: atq̄ ita dū sicut vnum diuersa cōplectitur: vnum putauit esse que diuersa sunt.

**Q**uō mens cognoscat seipam. **C**apit. IX.

**Q**uā itaq̄ velut absentem se querat  
**n** cernere: s̄ p̄ntez se curet discernere

**N**ec se quasi nō nouit cognoscat: sed ab eo q̄ alterū nouit dinoscat. **I**pm̄ em̄ quod audit: cognosce. teip̄am. quō agere curabit si nescit: aut qd̄ sit cognosce. aut qd̄ sit teip̄am. **S**i aut̄ vtrūq̄ nouit: nouit seip̄am. qz̄ ita si d̄z menti: cognosce teip̄am. sicut d̄z: cognosce cherubin aut seraphin. **D**e absentibus ei illis credimus: s̄m qd̄ celestes quedā pt̄ates esse p̄dicant. **N**ec sicut d̄z: cognosce voluntatē illius hoīs. q̄ nobis nec ad sentienduz vllō mō. nec ad intelligendū p̄sto est. nisi corporalb⁹ signis editis. et hoc ita vt magis credam⁹ q̄ intelligamus: **N**ec ita vt d̄z hoī. vide faciē tuā. quod nisi in speculo fieri nō pōt. **M**ā et ip̄a nra facies absens ab aspectu nro est: qz̄ nō ibi est q̄ ille dirigi pōt. **S**ed cū d̄z mēti. **C**ognosce teip̄am. eo ictu q̄ intelligit qd̄ dictū est. teip̄am. cognoscat seip̄am. nec ob aliud q̄ eo q̄ sibi p̄ns est. **S**i at̄ qd̄ dictū est nō intelligit: nō vtiq̄ facit. s̄ igit̄ ei p̄cipit vt faciat. qd̄ cū ip̄m p̄ceptū intelligit. facit. **N**ō ergo adisūgat aliud ad id qd̄ seip̄am cognoscat. cū audit vt seip̄am cognoscat. **L**er te enim nouit sibi dici. sibi scilicet que est. et viuūt. et intelligit. **S**ed est et cadauer. viuūt et pecus. intelligit autem nec cadauer. nec pecus. **S**icut ergo sese esse et viuere scit. quomodo ē et viuūt intelligentia.

**M**ens nosse se cupēs nihil eorum de se opinari deat de q̄b⁹ scit eē dubitādū. **C**a. X.

**U**m ergo: verbī gra: mens aere se putat. aerē intelligere putat. **S**e tñ intelligere scit. aerem aut̄ se esse nō scit. sed putat. **S**e cernat qd̄ putat. cernat qd̄ scit. hoc ei remaneat. **U**ñ ne illi quidē dubita uerunt. q̄ aliud atq̄ aliud corp⁹ esse mentem putauerūt. **N**ec em̄ oīs mens aerem se eē existimat. s̄ alie ignē: alie cerebrū. alieq̄ aliō corp⁹. et aliud alie. sic supra cōmemorauī. oēs tñ se intelligere nouerunt et esse et viuere. **S**ed i telligere ad id qd̄ intelligunt referunt. eā aut̄ et viuere ad seip̄as. **E**t nulli est dubiū. nec quē q̄ viuere q̄ non sit. **E**rgo p̄sequenter et eē et viuere id qd̄ intelligit. non sicuti est cadauer qd̄ nō viuūt. nec sicuti viuūt aīa q̄ nō intelligit: sed pp̄rio quodā eodēq̄ p̄stantiore mō. **I**tē velle se sciunt. neq̄ hoc posse quēq̄ qui non sit et q̄ non viuūt pariter sciunt. **I**tēq̄ ip̄am voluntatem referunt ad aliquid qd̄ ea voluntate volunt. **A**hemuisse etiā se sciunt. simulq̄ sciunt quod nemo meminisset nisi esset ac viuere. **S**ed et ip̄am memoriam referimus ad aliqd̄ quod ea meminimus. **D**uobus igitur horum trium memoria et intelligentia multarū reruz noticia atq̄ scientia p̄tinentur. **V**oluntas at̄ adest. per quā fruamur eis vel vtamur. **F**ruimur enim cognitis. in quibus volūtas ip̄is p̄pter seip̄a delectata conuiescit. vtimur vero eis que ad illud referimus quo fruendum est. **N**ec est alia vita hominū vitiosa atq̄ culpabilis. q̄ male vtens et male fruens. **D**e qua re si est nunc differēdi locus. **S**ed quoniam de natura mentis agitur. remoueamus a consideratione nostra oēs noticias que capiuntur extrinsecus per sensus corporis. et ea q̄ possum⁹ oēs mentes de seip̄is nosse. certasq̄ esse diligētius attendamus. **U**trum enim aeris sit vis viuendi. reminiscendi. intelligēdi. volēdi cogitandi. sciēdi. iudicandi. **A**n igitur. an cerebri. an sanguinis. an athomozuz. an p̄ter vsitata quattuor elementa. quinti nescio cui⁹ corporis. an ip̄ius carnis nostre compago. vt temperamentum hec efficere valeat. dubita uerunt hoies. et alius hoc: alius aliud affirmare conatus est. **U**iuere se tñ et meminisse. et intelligere. et velle. et cogitare. et scire. et iudicare quis dubitet. **Q**ñ quidem etiam si dubitat viuūt. si dubitat vnde dubitet meminūt. si dubitat dubitare se intelligit. si dubitat certus esse vult. si dubitat cogitat. si dubitat scit se nescire. si dubitat iudicat non se temere consentire oportere. **Q**uisquis igitur aliunde dubitat

de his oibus dubitare non debet: que si non essent: de vlla re dubitare nō posset. Ite oīa q̄ vel corpus vel cōpositionē seu t̄pationē corp̄oris esse mentē putāt: in subiecto esse volūt videri: vt substātia sit aer: vel ignis siue aliq̄d aliud corpus: q̄d mētē putāt. Intelligentia v̄o ita insit huic corp̄i: sicut qualitas eius: vt illud subiectū sit: hec in subiecto: subiectū sc̄z mēs quā corpus esse arbitrant̄: in subiecto aut̄ intelligentia: siue q̄d aliud eoz que certa nobis esse cōmemorauimus. Iuxta opinant̄ etiā illi qui mentē ip̄am negāt esse corpus: sed compaginē aut t̄mpationē corp̄is. Hoc em̄ interest: q̄ illi mentē ip̄am dicunt esse substantiam in quo subiecto sit intelligentia. Isti aut̄ ip̄az mentē in subiecto esse dicūt corp̄e sc̄z cui⁹ cōpositio vel t̄mpatio est. T̄n̄ sequenter etiā intelligentiā quid aliud q̄ in eodez subiecto corp̄e existimāt: Qui oēs nō aduertūt mentē nō esse se etiā cū querit se: sicut iā ostendim⁹. Nullo mō aut̄ recte dicit sc̄iri aliqua res: duz ei⁹ ignorat̄ s̄ba. Quapropt̄ cū se mens nouit s̄bam suā nouit: et cū de se certa est: de s̄ba sua certa est. Certa est aut̄ de se: sicut p̄uincūt ea que supra dicta sunt. Hec oīno certa est: vtz aer an ignis sit: an aliq̄d corpus: v̄l aliq̄d corp̄oris. Nō est igit̄ aliq̄d eoz. Totūq̄ illud q̄d se iubet vt nouerit: ad hoc p̄tinet vt certa sit nō se esse aliq̄d eoz de quib⁹ incerta est: idq̄ solū esse se certa sit: q̄d solum esse se certa est. Sic em̄ cogitat ignē aut aerē: et quicq̄d aliud corp̄is cogitat. Neq̄ v̄llo mō fieri possz vt ita cogitarer id q̄d ip̄a est: quēadmodū cogitat id q̄d ip̄a nō est. Per phantasiā quippe imaginariā cogitat hec oīa: siue ignē: siue aerē: siue illud: siue illud corpus: partē v̄llā: siue cōpaginē t̄mpationēq̄ corp̄is: nec v̄tiq̄ ista oīa: sed aliq̄d hoz esse d̄z. Si q̄d aut̄ hoz esset: aliter id q̄ cetera cogitarer: non sc̄z p̄ imaginabile figmentū: sicut cogitant̄ absentia: q̄ sensu corp̄is tacta sunt: siue oīno ip̄a: siue eiusdē generis aliqua: sed quādā interiore: nō simulata: s̄ vera p̄ntia. Non em̄ quicq̄ illi est seip̄a p̄sentī⁹: sicut cogitat viuere se et meminisse et intelligere et velle se. Nouit em̄ h̄ in se: nec imaginat̄ quasi extra se illa sensu tetigerit: sicut corporalia queq̄ tangunt̄. Ex quoz cogitationibus si nihil sibi assignat: vt tale aliq̄d se esse putet: quicquid ei de se remanet: hoc solum ipsa est.

De memoria: intelligentia et voluntate in quibus mens habet in se quandam imaginē diuine trinitatis

Capitulum. XI

Emotis igitur paulisper ceteris: q̄z mens de seip̄a certa est: tria h̄ ponit̄ simū cōsiderata tractemus: memoriā: intelligentiā: volūtatem. In his em̄ trib⁹ inspicī solent etiā ingenia p̄uuloz cuiusmodi p̄ferant indolem. Quāto quippe renacius et facilius puer meminit: q̄toq̄ acutius intelligit et studet ardentius: tanto est laudabilior ingenij. Luz v̄o de cuiusq̄ doctrina queritur nō q̄ta firmitate ac facilitate meminerit: vel q̄to acumine intelligat: s̄ q̄d meminerit et q̄d intelligat q̄rit. Et q̄z nō tm̄ q̄ doctus sit considerat̄ laudabilis animus: s̄ etiā q̄ bonus. nō tm̄ q̄d meminerit et q̄d intelligat: verū etiā q̄d velit attendit: nō q̄ta flagrat̄ia velit: s̄ q̄d velit p̄us: deinde q̄tū velit. Tūc em̄ laudandus est animus vehemēter amans: cū id q̄d amat vehemēter amandū ē. Lū ḡ dicunt̄ h̄ tria: ingenij: doctrina: vsus. P̄mū hoz p̄siderat̄ in ill' tribus q̄d possit q̄sq̄ memoria et intelligentia et volūtate. Secundū eoz p̄siderat̄ q̄d habeat q̄s memoria: et intelligentia: quo studiosa volūtate puenerit. Jam vero vsus tertius i v̄oluntate est p̄tractate illa q̄ in memoria et intelligentia p̄tinent: siue ad aliq̄d ea referat: siue eoz sine delectata p̄quiescat. T̄ti em̄ est assumere aliq̄d in facultatē volūtatis: v̄ti autem dicit̄ q̄d in vsū venerit: ad id q̄d amas obtinendū referre: si tm̄ amandū est. Frui est enī amore inherere alicui rei p̄pter seip̄am: frui est aut̄ v̄ti cū gaudio nō adhuc spei: s̄ iam rei. Proinde oīs q̄ fruitur v̄tatur: assumit em̄ aliq̄d in facultatē volūtatis cū sine delectationis. Nō aut̄ oīs qui v̄tit: fruitur: s̄ id q̄d in facultatem volūtatis assumit: nō p̄pter illd ip̄sum: s̄ p̄pter aliud appetit. Hec igitur tria: memoria intelligentia volūtatis: q̄m non sunt tres vite s̄ vna vita: nec tres mentes sed vna mēs cōsequēter v̄tiq̄ nec tres sube sunt: s̄ vna substantia. Memoria quippe q̄ vita et mēs et substantia dicit̄ ad seip̄am dicit̄. Vero memoria dicit̄: ad aliq̄d relative d̄z. Hoc de intelligentia q̄z et de volūtate dixerim. Et intelligentia quippe et voluntas: ad aliquid dicunt̄. T̄ta ē autem vna queq̄ ad seip̄am et mēs et essentia. Quo circa tria hec eo sunt vnum: quo vna vita: vna mens: vna essentia. Et quicquid aliqd ad seip̄a singula dicuntur: etiam simul nō pluraliter sed singulariter dicūtur. Eo vero tria quo ad se inuicem referuntur: que si equalia non essent: non solum singula singulis sed etiam omnibus singula: non v̄tiq̄ se inuicem caperant. Neq̄ enim tantum a singulis singula verum etiam a singulis omnia capiunt̄. Ab

# Liber

mini enim me habere memoriā et intelligētiā et voluntatē. et intelligo me intelligere et velle atque meminisse: et volo me velle. et meminisse et intelligere. totāque meā memoriā et intelligētiā et voluntatē simul memini. Quod enim memorie mee non memini: non est in memoria mea. Nihil autem tam in memoria: quam ipsa memoria est. Totā igitur memini. Item quicquid intelligo intelligere me scio: et scio me velle quicquid volo. Quicquid autem scio memini. Totāque igitur intelligētiā. totāque voluntatē meā memini. Sic cum hec tria intelligo. tota simul intelligo. Neque enim quicquid intelligibiliū non intelligo nisi quod ignoro. Quod autem ignoro: nec memini nec volo. Quicquid itaque intelligibiliū non intelligo: sequentem etiam non memini nec volo. Quicquid autem intelligibiliū memini et volo: sequenter intelligo. Voluntas etiā mea totā intelligentiā totāque memoriā meam capit dum toto vtor quod intelligo et memini. Quapropter quasi inuicem a singulis et tota omnia capiunt: equalia sunt tota singula totis singulis: et tota singula simul omnibus totis. et hec tria unū: vna vita: vna mens vna essentia.

De querenda imagine trinitatis etiam in his que aia ex corpis sensib<sup>9</sup> percipit. La. XII.  
Am ne igitur ascendendū est qualibuscūque intentionis viribus ad illaz summā et altissimā essentia: cui<sup>9</sup> impar imago est humana mēs s<sup>9</sup> tñ imago: an ad huc eadē tria distinctius declarāda sunt i aia pilla q̄ extrinsecus sensu corpis capimus: vbi tpaliter impmif rex corporeaz noticia. Ad hētem q̄pe ipam in memoria et intelligētiā et voluntate suimet ipsius talē repiebamus: vt qm̄ sp̄ se nosse semp̄ seipam velle p̄phendebat simul etiā sp̄ sui meminisse: se imp̄q̄ seipam intelligē et amare p̄phenderet: q̄uis non semp̄ se cogitare discretā ab eis q̄ non sunt quod ipa est ac p̄ hoc difficile in ea dinoscitur memoria sui et intelligentia sui. Quasi enim non sint h duo: sed unū duobus vocabulis appellet: sic appareret in ea re vbi valde ista cōiuncta sunt: et aliud alio nullo p̄cedit tpe: amorq̄ ip̄e nō ita sc̄titur esse: cū cum non prodir indigētia: quoniam nō semp̄ presto est quod amat. Quapropter etiam tardioribus dilucescere hec p̄nt duz ea tractant: que ad animū tempe accedūt: et q̄il tpaliter accidunt cuz meminit quod antea nō meminerat: et cum videt quod antea non videbat: et cū amat quod antea nō amabat. Sed aliud hec tractatio iam poscit exordium: p̄pter huius libelli modum.

Explicit liber decimus.

Incipiunt capitula libri vndecimi.

- i De imagine trinitatis etiam in eo quod imago dei non est: id est in homine exterioriore querēda.
- ii De visibili et vidente atque visione.
- iii De memoria qua visor imago retinet et intentioe aie q̄ in vtrūq̄ p̄currit.
- iiii De imaginibus quas cogitationis actus inuictur in phantasia quam memoria concepit.
- v De cogitationib<sup>9</sup> innoxijs et de his q̄ ab acie recordatiois abigende sunt.
- vi De fine voluntatis q̄ agnoscit an recta: an praua cupiamus.
- vii De ea trinitate que iam non ex corpore neq̄ ex corpis sensu: s̄ de memoria nascitur cogitantis.
- viii De multiplicationibus trinitatum q̄ ex recordatione pariuntur.
- ix De in quolibet genere trinitatū voluntas nec parens inueniat esse nec ples.
- x De facile sit cogitati fingē sibi eas spēs q̄s nō vidit ex eaz recordatione q̄s vidit.
- xj De mēsurā et nūero et pondē q̄z similitudo sit in memoria et visioe et voluntate.

Incipit liber vndecimus.

De imagine trinitatis etiam in eo quod imago dei non est: id est in homine exterioriore querenda.

Capitulum. I.

Emini dubiū est sicut interiorē hoīem intelligētia: sic exteriorē sensu corpis p̄ditū. Miramur igitur si possum<sup>9</sup> in hoc q̄ exterioriore indagare qualecūq̄ vestigiū trinitatis: non quia ip̄e eodē mō sit imago dei. Manifesta ē quippe apostolica sententia: que interiorē hoīem renouari dei agnitione declarat s̄m imaginē eius q̄ creauit eū. cum et alio loco dicat. Et si exterior hoī noster corrupit. sed interior renouat de die in diē. In hoc ergo q̄ corrumpit. queramus quēadmodū possumus quandā trinitatis effigie. et si nō expressioe: tñ fortassis ad dinoscendū facilioe. Neq̄ enim frustra. et iste hoī dicit: nisi quia inest ei nonnulla interioris similitudo. et illo ip̄o ordine cōditionis nostre quomortales atq̄ carnales effecti sumus: facili<sup>9</sup> et quasi familiarius visibilia q̄ intelligibilia tractamus. Cum ista sint exterius. illa interioris. et ista sensu corpis sentiamus. illa mente intelligam<sup>9</sup>. nosq̄ ip̄i animi non sensibiles sim<sup>9</sup> id est corpora. s̄ intelligibiles: qm̄ vita sum<sup>9</sup>.

Colo. 3.

2. Cor. 4.

tñ vt dixi tanta facta est in corpibus suctudo  
 z ita in hec miro mō relabēs foras se nra pie-  
 cit intētio: vt cū ab incerto corpū ablata fue-  
 rit vt in spm̄ mltō certiore ac stabilliore cog-  
 nitione figat: refugiat ad ista: z ibi appetat req-  
 em vñ traxit infirmitatē. Lūi<sup>o</sup> egritudinē cō-  
 gruendū est: vt si qñ interiora spiritalia accō-  
 modati<sup>o</sup> distinguere atq; facill<sup>o</sup> insinuare co-  
 namur: de corpilibus exteriorib<sup>o</sup> silitudinū  
 documēta capiamus. Sensus igit<sup>o</sup> corpis exte-  
 rior: hō p̄ditus sentit corpū: z iste sensus qđ fa-  
 cile aduertitur quinquipertitus est: vidēdo:  
 audiendo: olfaciēdo: gustādo: tangēdo. Sz  
 multū est z non necessariū vt omnes hos qñ  
 qđ sensus id qđ querimus interrogem<sup>o</sup>. Qđ  
 em̄ nobis vnus eoz renunciat: etiam in ceter-  
 ris valz. Itaq; potissimū testimonio vtamur  
 oculoꝝ. Is em̄ sensus corpis maxime excellit  
 z est visio: nisi mentis p̄ sui generis diuersitate  
 vicinior.

De visibili z vidente atq; visioe. La. II.

Um igitur aliquod corpus videm<sup>o</sup>  
 c hec tria qđ facillimū est consideran-  
 da sunt z dinoscēda. Primo ipa res  
 quā videmus siue lapidem siue aliquam flam-  
 mam siue quid aliud qđ videri oculis potest.  
 quod vtrūq; iam esse poterat: z anteq; videre  
 tur. Deinde visio que non erat p̄usq; rem illā  
 obiectam sensui sentiremus. Tertio qđ in ea  
 re que videtur qđ diu videtur sensum detinet  
 oculoꝝ: id animi intentio. In his igitur trib<sup>o</sup>  
 non solum est manifesta distinctio: sed etiam  
 discreta natura. Primum quippe illud corp<sup>o</sup>  
 visibile longe alterius nature qđ sensus octo-  
 rum quo sibi et incidente fit visio. Itaq; vi-  
 sio quid aliud qđ sensus ex ea re que sentit in-  
 format<sup>o</sup> apparet. Quis re visibili detracta nul-  
 la sit: nec vlla omnino esse possit talis visio: si  
 corpus non sit quod videri queat. Nullo mo-  
 do tamen eiusdem substantie est corpus quo  
 formatur sensus oculoꝝ: cum idē corpus vi-  
 detur: z ipa forma que ab eodem imp̄mit sen-  
 sui que visio vocatur. Corpus em̄ visum i sua  
 natura sepabile est. Sensus autē qui iam erat  
 in animante: etiam p̄usq; videret qđ vidē pos-  
 set: cū in aliquid visibile incurreret: vel visio  
 que fit in sensu ex visibili corpore cū iam cōiun-  
 ctum est z videt. Sensus ergo vel visio: i. sen-  
 sus nō formatus extrinsecus: vel sensus for-  
 matus extrinsec<sup>o</sup>: ad animantis naturā prin-  
 oino aliā qđ ē illud corpus qđ vidēdo sentim<sup>o</sup>  
 quo sensus nō ita format vt sensus sit: s; vt vi-  
 sio sit. Nam sensus z ante obiectū rei visibilis  
 nisi esset in nobis nō distarem<sup>o</sup> a cecis: dum

nihil videmus: siue i tenebris: siue clausis lu-  
 minib<sup>o</sup>. Hoc autē distam<sup>o</sup>: qđ nobis inest z nō  
 videntibus quo videre possim<sup>o</sup> qđ sensus vo-  
 cat: illis xō non inest. Hec aliunde nisi qđ eo  
 carent: ceci appellant. Itē illa animi intētio  
 que in ea re quā videmus sensum tenet atq;  
 vtrūq; p̄iungit: non tñ ab ea re visibili natu-  
 ra differt: qñ quidē iste anim<sup>o</sup> illud corpus est  
 sed ab ipō qđ sensu atq; visione qñ solius ani-  
 mi est hec intentio. Sensus autē oculoꝝ nō ob-  
 aliud sensus corpis d: nisi qđ z ipsi oculi mem-  
 bra sunt corpis: Et quis nō sentiant corpus  
 exanime: aia tñ cōmixta corpū p̄ instrumentū  
 sentit corporeū: z idē instrumentū sensus vo-  
 catur. Qui etiā passione corpis cuius quisq; ex-  
 cecat intercept<sup>o</sup> extinguit: cum idēz maneat  
 anim<sup>o</sup>: z eius intentio luminib<sup>o</sup> amissis: cum  
 non habet quidē sensum corpis quē videndo  
 extrinsec<sup>o</sup> corpū adiūgat: atq; in eo viso figat  
 aspectū: visu tñ ipō iudicet se adempto corpo-  
 ris sensu: nec p̄ire potuisse: nec minui. Ab-  
 net em̄ quidā vidēdi appetit<sup>o</sup> integer: siue id  
 possit fieri: siue non possit. Hec igit tria: corp<sup>o</sup>  
 qđ videt: z ipsa visio: z que vtrūq; coniungit  
 intētio: manifesta sunt ad dinoscendū: nō so-  
 luz p̄pter ppria singuloꝝ: verū etiā p̄pter dif-  
 ferentiā naturaz. Atq; in his cum sensus nō  
 p̄cedat ex corpore illo quod videt: sed ex corpore  
 sentiētis animantis: cui aia suo quodāz miro  
 mō cōtempat: tñ ex corpore quod videt gignit  
 visio: i. sensus ipse format: vt iam nō tñ sensus  
 qđ etiā in tenebris esse integer p̄or: dum est in  
 columitas oculoꝝ: sed etiā sensus informat<sup>o</sup>  
 sit: qđ visio vocat. Gignit qđ ex re visibili visio: s;  
 nō ex sola: nisi assit z videt. Quocirca ex visibi-  
 bili z vidēte gignit visio: ita sane vt ex viden-  
 te sit sensus oculoꝝ: z aspiciētis atq; intuen-  
 tis intentio. Illa tñ informatio sensus: que vi-  
 sio dicit a solo imprimat corpore qđ videt: i. a re  
 aliqua visibili: qđ detracta: nulla remanet for-  
 ma que inerat sensui dū adesset illud qđ vide-  
 bat. Sensus tñ ipse remanet qđ erat z p̄iusq; ali-  
 qđ sentiret: velut in aqua vestigiū tādū est:  
 donec ipm̄ corpus qđ imprimat inest: quo ab-  
 lato nullū erit: cū remaneat aqua que erat: z  
 anteq; illā formā corpis capet. Ideoq; nō pos-  
 sumus quidē dicere qđ sensum gignat res visi-  
 bilis: gignit tñ formā velut similitudinē suam  
 que fit in sensu: cum aliqd videndo sentimus  
 Sed corpis formā qđ videmus: z formā qđ ab  
 illa in sensu videntis fit p̄ eundē sensum non  
 discernim<sup>o</sup>: qñ tanta p̄iunctio est: vt non pa-  
 teat discernendi locus. Sed rōne colligimus  
 nequaquā nos potuisse sentire: nisi fieret in sen-

# Libet

su nostro aliqua similitudo conspecti corporis. Neque enim cum anulus cere impressus: id nulla imago facta est quia non discernitur: nisi cum fuerit separata. Sed quoniam post ceram separatam manet quod factum est ut videri possit: propterea facile persuaderetur quod inerat iam cere forma impressa ex anulo: et affertur ab illa separet. Si autem liquido humori adingeretur anulus: eo detracto nihil imaginis appareret. Nec ideo tamen discernere non deberet: fuisse in illo humore affertur detraheretur: anuli formam factam ex anulo quod distinguenda est ab ea forma que in anulo est vnde ista facta est: quod detracto anulo non erit: quoniam illa in anulo maneat vnde ista facta est. Sic sensus oculorum non ideo non habet imaginem corporis quod videtur quod diu videtur quia eo detracto non remanet. Ac pro hoc tardior ingenius difficillime persuaderi potest formari in sensu nostro imaginem rei visibilis cum eam videmus et eandem formam esse visionem. Sed qui forte adverterit quod commemorabo: non ita in hac inquisitione laborabit: plerumque cum diu scilicet attenderimus queque luminaria: et inde oculos clauderimus: quasi videntur in conspectu quidem lucidi colores varie sese commutantes: et minus minusque fulgentes donec omnino desistant. Quas intelligendum est reliquias esse forme illius que facta erat in sensu: cum corpus lucidum videretur paulatimque et quodammodo gradatim deficiendo variari. Nam et insertarum fenestrarum cancelli: si eos forte intuebamur: sepe in illis apparere coloribus ut manifestum sit hanc affectionem nostro sensui ex ea re que videbatur impressam. Erat ergo etiam cum videremur et illa erat clarior et expressior: sed multum juncta cum specie rei eius que cernebatur ut discerni omnino non posset et ipsa erat visio. Quisnetiam cum lucerne flammula modo quodam diuaticatis radiis oculorum quasi geminat: due visiones sunt: cum sit res una que videtur. Sigillatim quippe afficiuntur idem radii de oculo suo quique emicantes: dum non sinunt illud corpus intuentum pariter coniuncteque concurrere ut vnus fiat ex utroque conuictus. Et ideo si vnum oculum clauderimus non geminum ignem: si si cui est vnum videbimus. Cur autem sinistro clauso illa species desinet videri que ad dextrum erat: vicissimque dextro clauso illa intermoritur que ad sinistrum erat: et longum est et rei presentis non necessarium modo querere atque differere. Quod enim ad susceptam quodammodo satis est: nisi fieret in sensu nostro quedam imago simillima rei eius quam cernimus: non enim oculorum numerum flammam species geminare: eum quidem cernendi modus adhibitus fuerit: qui possit concurrere separare radiorum. Ex vno quippe oculo quod

libet modo deducto aut impresso aut intor: si alter clausus est dupliciter videri aliquid quod sit vnum nullo pacto potest. Que cum ita sint tria hec quous diuersa natura quemadmodum in quandam vnitatem contemperent meminimus: id est species corporis que videtur et impressa eius imago sensui quod est visio: sensus forma et voluntas animi que rei sensibili sensum admouet: in eorum ipsa visionem tenet. Horum primum: id est res ipsa visibilis non pertinet ad animantis naturam: nisi cum corpus nostrum cernimus. Alterum autem ita pertinet ut et in corpore fiat: et pro corpore in anima: fit enim in sensu qui neque sine corpore est: neque sine animo. Tertium vero solus anime est: quia voluntas est. Cum igitur horum trium tam diuersae substantie sint: tamen in tantam coeunt vnitatem: ut duo priora vix intercedente iudice ratione discerni valeant: species videlicet corporis quod videtur: et imago eius que fit in sensu: id est visio. Voluntas autem tantam vim habet copulandi hec duo: ut et sensum formandum admoueat ei rei que cernitur: et in ea formatum teneat. Et si tanta violenta est ut possit vocari amor: aut cupiditas: aut libido: etiam ceterum corpus animantis vehementer afficit. Et vbi non resistit pigrior: duriorque materies: in similem speciem colorumque commutat licet videre corpusculum chameleontis: ad colores quos videt facillime conversione variari. Aliorum autem animalium quia non est ad conuersionem facilis corpulentia: fetus plerumque perdunt libidines matrum cum quid magna delectatione conspexerit. Quod enim teneriora atque: ut ita dixerim: formabiliora sunt primordia seminum: tam efficaciter et capaciter sequuntur intentionem materne anime: et que in ea facta est phantasiam pro corpore quod cupide aspexit. Sunt exempla que copiose commemorari possunt: sed vnum sufficit de fidelissimis libris: quo dicitur Job. ut oues et capre varios coloribus parerent superponendo eis varia virgulta in cannalibus aquarum: que potantes intuerentur eo tempore quo conceperant. Sed anima rationalis deformiter viuunt: cum secundum trinitatem exterioris hominis viuunt: id est cum ea que forinsecus sensum corporis format: non laudabilem voluntatem qua hec ad vtile aliquid referat: sed turpem cupiditatem qua his inherescat accommodat.

De memoria que visorum imago retinetur: et iterum  
one anime que in utroque currit. La. III.

Quia etiam detracta specie corporis que  
corpuliter sentiebatur: remanet in me-  
moriam similitudo eius quo rursus voluntas

# XI

conuertat acie vt inde forme intrinsec<sup>o</sup>: sic  
 cut ex corpe obiecto sensibili sensus extrinse  
 cus formabat. Atq; ita sit illa trinitas ex me  
 moria z interna visione: z que vtrunq; copu  
 lar volutate: que tria cu in vnu cogunt: ab ip  
 so coactu cogitatio bz. Nec ia in his tribus di  
 uersa sba est. Neq; eni aut corpus illud sensi  
 bile ibi est qd oino discretu est ab animantis  
 natura: aut sensus corpis ibi format vt fiat vi  
 sio: aut ipsa volutas id agit vt formandu sensu  
 sensibili corpi admoueat eoq; formatu des  
 tineat. Sed p illa specie corpis q videbat ex  
 trinsec<sup>o</sup> succedit memoria retinens illa specie  
 quam p corpis sensum cobibit aia: p q; illa vi  
 sione que foris erat cum sensus ex corpe visi  
 bili formare: succedit int<sup>o</sup> similis visio: cu ex  
 co qd meoria tener: format acies animi ab  
 sentia corpa cogitant. Voluntasq; ipsa quo so  
 ris corpi obiecto formandu sensum admoue  
 bat: formatuq; iungebat: sic acie recordant  
 animi puertit ad memoria: vt ex co qd illa re  
 tinuit ista forme: z sic in cogitoe simit visio  
 Sicut aut rone discernabat species visibilia  
 qua sensus corpis formabat: z eius similitu  
 do que fiebat in sensu formato vt esset visio:  
 alioquin ita erat iuncte: vt oino vna eadeq;  
 putaret: sic illa phantasia cum anim<sup>o</sup> cogitat  
 specie vis corpis: cu pset ex corpis similitudi  
 ne: qua memoria tener: z ea q inde format i  
 acie recordatis animi: tu sic vna z singularis  
 apparet: vt duo quedam esse no inueniant nisi  
 iudicante rone: qua intelligim aliud ee illud  
 qd in memoria manet: etia cum aliunde cogi  
 tam<sup>o</sup> z aliud fieri cu recordamur. i. ad memo  
 ria redim<sup>o</sup>: z illic inuenim eade specie. Que  
 si ia ibi no esset: ita obliros nos ee diceremus  
 vt oino recolere no possem<sup>o</sup>. Si aut acies re  
 cordantis no formare ex ea re que erat i me  
 moria nullo mo fieret visio cogitatis. Sz vtri  
 usq; coiunctio. i. eius qua memoria tener: et  
 ei<sup>o</sup> que inde exprimit: vt forme acies recor  
 dantis: q; simillime sunt: veluti vna facit ap  
 parere. Cum aut cogitatis acies auersa inde  
 fuerit: atq; id qd in memoria cernebat desti  
 terit intueri: nihil forme q impssa erat in ea  
 dem acie remanebit. Atq; inde formabit: q  
 rursus pusa fuerit: vt alia cogitatio fiat. Aba  
 net tñ illud qd reliqt in memoria: quo rursus  
 cum id recordamur puertat z puersa forme  
 atq; vnu cum eo fiat vnde formatur

De imaginibus quas cogitationis acies i  
 tuet in phantasia qua meoria pcepit. La. III  
 Voluntas vero illa que hac atq; il  
 lac fert z refert acie formanda iun-

gitq; formatā. si ad interiorē phantasiā tota  
 pfluxerit: atq; a pſentia corpoz q circūiacet  
 sensibus atq; ab ipis sensib<sup>o</sup> corpis: animi aci  
 em oino auerterit: atq; ad eā que int<sup>o</sup> cernit  
 imaginē penit<sup>o</sup> couerterit: tāta offendit simi  
 litudo speciei corpalis expssa ex memoria: vt  
 nec ipsa rō discernere sinat: vtz foris corpus  
 ipm videat: an intus tale aliqd cogitef. Itaz  
 interdū hoies nimia cogitoe rerū visibiliū  
 vel illecti vel territi: etiā eiusmodi repēte vo  
 ces ediderūt: quasi reuera in medijs talibus  
 actionib<sup>o</sup> siue passionib<sup>o</sup> versarent. Et memi  
 ni me a quodā audisse q tā expssa z quasi so  
 lidā specie semine corpis in cogitādo carne  
 soleret: vt eise qsi miseri senties: etiā genita  
 libus flueret. Tñ habet yriū aia in corpus  
 suū: z tñ valet ad indumēti qualitatem ver  
 tendā atq; mutandā quō hō afficiat indutus  
 q coheret indumēto suo. Ex eodē genere af  
 fectionis etiā illud est qd in somnis p imagies  
 illudimur. Sed plurimū differt vtz sopit<sup>o</sup> sen  
 sibus corpis: sicuti sunt dormientiū aut abite  
 riore cōpage turbatis: sicuti sunt furentium:  
 aut alio quodā mō alienatis: sicuti diuinanti  
 um vel pphetantiū: animi intētio quadā ne  
 cessitate incurrat in eas q occurrūt imagies  
 siue ex memoria: siue alia aliq occulta vt: p qd  
 dā spiritales mixturas snt spiritualis sbe: an sic  
 fanis ac vigilantib<sup>o</sup> interdū ptingit: vt cogi  
 tate occupata voluntas se auertat a sensib<sup>o</sup>  
 atq; ita format animi acie varijs imaginibus  
 sensibiliū rerū: tanq; ipsa sensibilia sentiuntur  
 Non tñ aut cum appetēdo in talia volūtas in  
 tendit: sūt iste impssiones imaginū: s; etiā cū  
 deuitādi z cauēdi causa rapit anim<sup>o</sup> in ea p  
 uenda que fugiat. Tñ non solū cupiendo: sed  
 metuēdo infert vel sensus ipis sensibiliū vel  
 acies animi formāda imaginib<sup>o</sup> sensibiliū.  
 Itaq; aut met<sup>o</sup> aut cupiditas: quāto vehemē  
 tio: fuerit: tanto expssius format acies: siue  
 sentiētis ex corpe qd in loco adiacet: siue cogi  
 tantis ex imagine corpis: que memoria cōri  
 net. Qd ergo est ad corpis sensum aliqd cor  
 pus in loco: b est ad animi acie similitudo cor  
 poris in memoria. Et qd est aspiciēt<sup>o</sup> visio: ad  
 eam specie corpis ex qua sensus format: hoc  
 est visio cogitatis ad imaginē corpis i memo  
 ria cōstituta: ex qua format acies animi. Et  
 qd est intētio volūtatē ad corpus visum: vi  
 sionēq; copulādā: vt fiat ibi quedā vnitas tri  
 um: q;uis eoz sit diuersa natura: hoc est eadē  
 voluntatis intentio ad copulandā imaginē  
 corpis que est in memoria: z visionē cogitan  
 tis. i. formam quā cepit acies animi rediens

# Liber

ad memoriã vt fiat: et hic quedã vnitas ex tribus nõ iaz nature diuersitate discretis. s̄ vnitas eiusdẽq; substantie: qz hoc totũ intus est: et totũ vn̄ animus. Sicut aut̄ cum forma et species corpis interierit: non p̄t ad eã volũtas sensum reuocare cernẽtis. Ita cũ imago quã memoria gerit obliuione deleta est: nõ erit q̄ animi acie formandã voluntas recordando reuocetur.

De cogitationib⁹ innoxijs et de his que ab acie recordatõis abigende sunt. La. V.

Ed qz p̄ualer anim⁹ non solũ oblita veruẽtia non sensa nec expta p̄finere ea que nõ exciderũt augendo: minuẽdo: cõmutãdo: et p̄ arbitrio cõponẽdo sepe imaginat̄ quasi ita aliqd̄ sit: qd̄ aut scit: si ita esse: aut nescit ita esse. In quo genere cauendũ est: ne aut mentiat̄ vt decipiat aut opi net̄ vt decipiat. Quib⁹ duob⁹ malis euitatis nihil ei obsũt imaginata phãtasmata: sic nihil obsũt expta sensibilia: et retẽta m̄ozit̄: si neq; cupide appetant̄ si iuuãt̄: neq; turpĩt fugiant̄: si offendãt. Lũ aut̄ in his volũtas relictis meliorib⁹ auida volutat̄ im̄ba fit: atq; ita et cũ asũt p̄niciose: et cũ absũt p̄niciosi cogitat̄. Abale itaq; viuũt̄: et d̄formĩt̄ fm̄ trinitatẽ hois exteriori qz et illã trinitatẽ: q̄ lz iteri⁹ imagiet̄: exterioria tũ imaginat̄ sensibiliũ corpaliũ q̄ vtẽdoz causa pepit̄. Nullus em̄ eis vti posset. etiam bene: nisi sensaz rez imagines memoria tenerent̄. Et nisi ps maxima volũtatis in superiorib⁹ atq; interiorib⁹ haberet̄: eaq; ip̄a q̄ cõmodat̄ siue foris corpib⁹: siue int⁹ imaginibus eoz: nisi qcq̄d in eis capit ad meliorẽ veriorẽq; vitã referat̄: atq; in eo fine cui⁹ intuitu hãgẽda iudicat acq̄fescat quid aliud facimus nisi qd̄ nos apl̄s facere phibet dicẽs: Nolite p̄formari huic secl̄o: quã propter nõ ẽ ista trinitas imago dei. Ex vltima q̄ppe. i. cozpea creatura qua supior est aia: in ip̄a aia fit p̄sensuz corporis: nec tamẽ est oĩno dissimilis. Quid em̄ non p̄ suo genere ac pro suo modulo habet similitudinem dei: quando quidem deus fecit oĩa bona valde: nõ ob aliud nisi quia ip̄se summe bonus est. In quantuz ergo bonũ est quicquid est intantum scz q̄suis longe distantem: habet tamen nonnullam similitudinem summi boni: et si naturalem vtiq; rectã et ordinatã: si aut̄ vitiosam: vtiq; turpem atq; puerfam. Nam et anime in ipsis peccatis suis: non nisi quandam similitudinem dei: superba et p̄postera et (vt ita dicam) serulli libertate sectantur. Ita nec primis parentib⁹ nostris persuaderi peccatum posset: nisi dicere-

tur. Eritis sicut dij Non sane oẽ quod in creaturis aliquo modo simile est deo: etiam eius imago dicenda est: sed illa sola: qua superior ipse solus est. Ea quippe de illo proorsus exprimitur inter quam et ipsuz nulla interiecta natura est. Visionis igitur illius id est forme q̄ fit in sensu cernentis quasi parens est forma corporis ex qua fit. Sed parens illa nõ vera: vnde nec ista vera proles est. Neq; enim omnino inde gignitur: quoniam aliud adhibetur corpon: vt ex illo formetur. id ẽ sensus videntis. Quocirca id amare: alienari ẽ. Ita qz voluntas que vtrunq; coniungit quasi parentem et quasi prolem: magis spiritalis est q̄ vtrũlibet illozum. Itaz corpus illud quod cernitur omnino spiritale non est. Visio v̄o q̄ fit in sensu habz admixtũ aliquid spiritale: quia sine anima fieri non p̄t. Sed nõ totũ ita est: qm̄ ille qui formatur corporis sensus est. Voluntas vero q̄ vtrunq; cõiungit: magis vt dixi spiritalis agnoscit̄: et ideo tanq; personam spiritus insinuare incipit in illa trinitate. Sz magis pertinet ad sensuz formatũ q̄ ad illud corpus vnde format̄. Sensus enim animantis et voluntas anime est: non lapidis: aut alius cuius corporis qd̄ videtur. Non ergo ab illo quasi parente p̄cedit. Sed nec ab ista quasi ple: hoc est visioe ac forma q̄ in sensu est. Prius em̄ q̄ visio fieret: iam erat voluntas: que formandũ sensum cernendo corpi admouit: sed nõdũ erat placituz. Quõ em̄ placeret qd̄ nõdũ erat visum: placitũ aut̄ quieta volũtas est. Ideoq; nec quasi prolem visionis possumus dicere voluntatem: quia erat ante visionem: nec quasi parentem: qz non ex volũtate. s̄ ex viso cozpe formata et expressa est: si nem fortasse voluntatis et requiẽ possum⁹ recte dicere visionem: ad hoc dũtaxat vnũ. s̄ videndũ corpus. Neq; em̄ p̄pterea nihil aliud voret: qz videt aliquid qd̄ volebat.

De fine volũtatis q̄ cognoscit̄ si recta an praua cupiamus. Capitulum. VI.

En itaq; omnino ipsa voluntas hominis cuius finis non est nisi beatitudo: s̄ ad hoc vnũ itez. s̄. subiectuz volũtas vidẽdi finem non habet nisi visionẽ: siue id referat ad aliud: siue nõ referat. Si em̄ nõ refert ad aliud visionẽ sed tantum voluit vt videret: non est disputandũ quõ õndat̄ finem voluntatis esse visionẽ manifestum est em̄. Si aut̄ refert ad aliud: vult vtiq; aliud: nec iam videndi voluntas erit. Aut si videndi: non hoc videndi scilicet subiectũ sed aliud tanq; si velit quisq; videre cicatricẽ: vt inde

Roz. 12.

Ecc̄i. 39.

Sc̄i. 3.

doceat vulnus fuisse. Aut si velit videre fenestram: vt p fenestraz videat transeūtes. Omnes iste atq; alie tales volūtaes: suos ppriōs fines habent qui referūt ad finem illius volūtatē qua volumus beate viuere: et ad eā puenire vitam que non referat ad aliud: sed amanti p seipam sufficiat. Volūtas ergo vidēdi finem habet visionē et volūtas hanc rem vidēdi finē habet huius rei visionē. Volūtas itaq; vidēdi cicatricē: finē suū expetit: hoc est visionē cicatricis: et ad eā vltra nō p̄tinet. Volūtas em̄ pbandi vulnus fuisse alia volūtas est: quāuis ex illa religet: cui⁹ item finis est p̄batio vulneris. Et volūtas vidēdi fenestrā: finē habet fenestre visionē. Altera est em̄ q̄ ex ista necitur volūtas: p fenestram vidēdi transeūtes: cuius item finis est visio transeūtiū. Recte autē sunt volūtaes omnes sibiimet religate: si bona est illa quo cuncte referuntur: si autē praua est: prauae sunt oēs. Et iō rectarū voluntatū cōnexio iter est quoddaz ascendentiū ad beatitudinē: q̄ certis ve-

**Proū. 5.** lut passibus agit. Prauaz autē atq; distortarū voluntatū implicatio: vinculū est q̄ alligabitur qui hoc agit: vt p̄iciatur i tenebras ex

**Esa. 5.** teriores. Beati ḡ qui factis et moribus cātant cāticiū graduū: et vebis q̄ trahūt peccata: sic testem longam. Sic est autem requies volūtatē que dicimus finem: si adhuc referūt ad aliud: quē ad modū possumus dicere requiem pedis esse in ambulando: cū ponit vñ ali⁹ imitatur: quo passibus p̄gitur. Si autē aliquid ita placet vt in eo cū aliqua delectatione volūtas acquiescat: nondū est tamen quo illō tenditur: sed et hoc refertur ad aliud vt deputet: non tanq̄ patria ciuis: sed tanq̄ refectio: vel etiam mansio viatoris.

De ea trinitate que iam non ex corpe neq; ex corpis sensu: sed de memoria nascitur cogitantis. **Capitulum. VII.**

**i** Am vero in alia trinitate interiore quidem q̄ est ista in sensibilib⁹ et sensibus: sed tñ que inde concepta ē: cū iam nō ex corpe sensus corpis: sed ex memoria formatur acies animi: cū in ipa memoria species inherit corpis q̄ forinsecus sensimus: illam spēm que in memoria est quasi parentem dicimus eius que fit in phantasia cogitantis. Erat em̄ in memoria et priusq̄ cogitaretur a nobis sicut erat corpus in loco et priusq̄ sentiret vt visio fieret. Sed cum corpus cogitatur ex illa quā memoria tenet exprimit in acie cogitantis: et reminiscendo formatur ea species: que quasi proles est eius quā me-

moria tenet. Sed neq; illa vera parens: neq; ista vera proles ē. Acies quippe animi que formatur ex memoria cum recordando aliquid cogitamus: non ex ea specie procedit quam meminimus visam: quando quidem eoz meminisse non possemus nisi vidissemus. Acies autem animi que reminiscendo format: erat etiaz priusq̄ corpus quod meminimus videmus quātomagis priusq̄ id memorie mādaremus. Quā itaq; forma que fit in acie recordantis: ex ea fiet que inest memorie: ipsa tamen acies non inde existit: sed erat antē ista. Cōsequēs autē vt si nō illa vera parens: nec ista va sit proles. Sed illa q̄si parēs: et ista q̄si proles aliquid insinuat. Cū interiora atq; veriora exercitari certiusq; videatur. Difficili⁹ iam plane discernitur: vtrum volūtas q̄ memorie copulat visionem: non sit alicuius eoz siue parens siue proles: et hāc discretionis difficultatem facit eiusdem nature atq; substantie parilitas et equalitas. Neq; enim sicut foris facile discernebatur formatus sensus a se sibili corpore: et volūtas ab vtroq; propter nature diuersitatem que inest ab inuicem omnibus tribus: d̄ qua satis supra differuimus ita et hic potest. Quis em̄ hec trinitas d̄ qua nūc queritur forinsecus inuēta est animo: intus tamen agitur: et non est quicq; eius preter ipsius animi naturam. Quo igitur pacto demonstrari potest volūtatē: nec quasi parentē nec quasi prolem esse: siue corporee similitudinis que memoria continetur: siue eius que inde cum recordamur exprimitur: quando vtrūq; incogitādo ita copulat: vt tanq̄ vnus singulariter appareat: et discerni nisi ratione nō possit. Atq; illud primum videndum est: non esse posse volūtatē reminiscendi: nisi vltimum: vel aliquid rei eius quam reminisci volumus: in penetrabilibus memorie teneamus. Quod em̄ omni modo et omni ex parte obliti fuerimus: nec reminiscendi volūtas exortur: q̄si quicquid recordari volumus: recordari iam sumus in memoria nra esse vel fuisse. (Verbigra) Si recordari volo quid heri cenauerim: aut recordatus iā sum cenasse me: aut si et hoc nondū certe circa ipsum tps aliqd recordat⁹ sum: si nihil aliud ipm salte; hester num diē et eius eam ptem qua cenari solet: et quid sit cenare. Nam si nihil tale aliqd recordatus essem quid heri cenauerim: recordari velle non possem. Cū intelligi pōt volūtatē reminiscendi ab his quidem reb⁹ q̄ memoria cōtinent pcedere: adiunctis simul cis que in de per recordationem cernendo exprimitur.

# Liber

id est ex copulatione rei cuiusdam quā recordari sumus: et visionis que inde facta est in acie cogitantis cū recordati sumus Sed ipsa quā vtrūque copulat voluntas requirit et aliud quod quā si vicinū est atque cōtiguū recordanti. Tot igitur huius generis trinitates quā recordatōes quā nulla est earum vbi nō hec tria sunt: illud quod in memoria recordatū est etiā anteque cogitet: et illud quod fit in cogitatione cū cernit: et voluntas vtrūque coniungens. et ex vtroque actertia se ipsa vniū aliquid complet. An potius ita cognoscitur vna quedā in hoc genere trinitas: vt vniū aliquid generaliter dicamus quicquid corporaliū specierum in memoria later: et rursus vniū aliquid generalē visionem animi talia recordatis atque cogitatis: quorum duorum copulationi tertia coniungitur copulatrix voluntas: vt sit hoc totum vniū quiddam ex quibusdam tribus

De multiplicationibus trinitatū que ex recordatione pariuntur **Capitulum VIII.**

Ed quā non potest acies animi nisi omnia que memoria tenet vno aspectu cōtueri: alternant vicissim cedēdo: ac succedendo trinitates cogitationū: atque ita fit ista innumerabiliter numerosissima trinitas: nec tū infinita si numerus in memoria repositarū rerū nō excedat. Ex quā enim cepit vnusquisque sentire corpora quolibet corporis sensu etiam si possit adiungere que oblitus est: certus ac determinatus pfecto numerus foret: quāuis innumerabilis. Dicimus enim innumerabilia nō solū infinita: sed etiā que ita finita sunt vt facultatē numerantis excedat. Sed hinc aduertit aliquāto manifestius potest: aliud esse quod reconditū memoria tenet et aliud quod in cogitatione recordatis exprimit: quāuis cū sit vtriusque copulatio: vniū idēque videat: quā memnisse nō possumus corporis species: nisi tot quā sensimus: et quāras sensimus et sicut sensimus: ex corporis enim sensu eas in memoriā cōbibit animus. Visiones tū ille cogitantiū ex his quod dem rebus que sunt in memoria: sed tū innumerabiliter atque oīno infinite multiplicant atque variant. Vniū quippe solem meminisse: quā sicuti est vnum vidi. Si volucro autē duos cogito vel tres: vel quorūque volo: sed ex eadē memoria qua vnus meminisse formatur acies multos cogitantis: et tū meminisse quārum vidi: si enim maiorem vel minorem meminisse quā vidi: iam non meminisse quod vidi: et ideo nec meminisse. Quia vō meminisse tantū meminisse quārum vidi: vel maiorem tamen p voluntate cogito: vel minorem et ita meminisse vt vidi. Cogito autē sicut volo currentem et vbi volo stantem: vnde volo et quo

volo venientem. Quadrū etiā mihi cogitare in promptu est: cū meminerim rotundū et cuiuslibet coloris: cum solē viridē nunquā viderim: et idē nō meminerim. Atque vt solē: ita cetera. Ite autē rex fore: quā corporales atque sensibiles sunt: erat quod dē animus cū eas opinat eo modo foris eē quod intus cogitat: vel cū iam interierit foris et adhuc in memoria retinent: vel cū aliter etiam quod meminisse: nō recordandi fide et cogitandi varietate format. Quā sepissime credam etiam amara narratibus: quā ipsi sensibus pceperunt. Que cū in ipso auditu quā narrant cogitam: nō videtur ad memoriā retorqueri acies visionis cogitantiū: neque enim a nobis recordantibus: sed alio narrate cogitam: atque illa trinitas nō habet videtur exple: quā sit cū species in memoria later et visio recordantis tertia voluntate copulant. Nō enim quod latebat in memoria mea: sed quod audio cogito cū aliquid quod mihi narrat. Nō ipsas voces loquens dico: ne quā putet in illā me exisse trinitatē quā foris in sensibilibus et in sensibus agit: sed eas cogito corporis species: quā narras vbi sonos significat: quā vtriusque nō reminiscens: sed audies cogito. Sed si diligētius considerem: nec tū excedit memoria modus. Neque enim vel intelligere possem narrate: si ea quā dicit: et si ptexta tūc p mū audire: non tū generaliter singula meminisse. Qui enim mihi: narret vbi gra aliquid montē silua exurū: oleis indutū: ei narrat quod memierim species et montiū et siluarum et olearum: quā si oblitus eē: quod diceret omnino nescire: et idē narratōz illā cogitare si possem. Ita sit vt oīs quod corporalia cogitat siue ipse aliquid ptingat siue audiat: aut legat: vel pterita narrat: vel futura p nūciant: ad memoriā suā recurrat: et ibi repiat modū atque mensurā oīum formarum quā cogitas intruet. Nā neque colorē quē nūquā vidit: neque figurā corporis: nec sonū quē nūquā audiuit: nec saporē quē nunquā gustauit: nec odorē quē nūquā olfecit: nec vllā ptractatōz corporis quā nūquā sēsit p quā oīno cogitare. Ac si p ptea nemo aliquid corpale cogitat nisi quod sēsit: quā nō memit corpale aliquid nisi quod sēsit: sicut in corporibus sentiēdi: sic in memoria est cogitandi modus. Sensus enim accipit speciem ab eo corpore quod sentim: et a sensu memoria: a memoria vero acies cogitantis. Voluntas porro sicut adiungit sensū corporis: sic memoriam sensui: sic cogitantiā acies memorie. Que autē conciliat ista atque coniungit: ipsa etiam distinguit: ac separat in voluntas. Se a sentiēdis corporibus motu corporis separat corporis sensus: ne aliquid sciam: aut vt sentire desinam: vel uticū oculos ab eo quod videtur nolum aut timere claudim: si aures a sonis: sic nares ab

## XI

odoribus. Ita etiā vel os claudendo: vel aliquid ex ore respuendo a saporib<sup>9</sup> auersamur. In tactu quoq; vel subtrahimus corp<sup>9</sup> ne tāgam<sup>9</sup> qđ nolumus: vel si iā tangam<sup>9</sup>: abijcim<sup>9</sup> aut repellim<sup>9</sup>. Ita motu corpis agit volūtas: ne sensus corpis rebus sensibilib<sup>9</sup> copuletur. Et agit hoc qđ pōt. Nam cū in hac actōe ppter cōditionē seruilis mortalitatis difficultatē parit: cruciatus est cōsequēs. vt voluntati nihil reliq; fiat nisi tolerātia. Ad memoriā vero a sensu voluntas auertit: cū in aliud intenta sibi ei sinit inherere p̄sentia. Quod animaduertere facile est cū sepe coram loquentē nobis aliquē aliud cogitando nō audisse nobis videmur: falsum est aut. Audiuim<sup>9</sup> em̄ sed non meminim<sup>9</sup>: subinde pauciū sensum labentibus vocib<sup>9</sup>: alienato nutu volūtatis: p quem solēt infigi memorie: veri itaq; dixerim<sup>9</sup> cuz tale aliqd accidit: nō meminim<sup>9</sup>: quā nō audivimus. Nā et legentib<sup>9</sup> euenit et mihi se pissime: vt plecta pagina vel eplā nesciā qđ legerim: et repetā. In aliud qđpe intento nutu volūtatis: nō sic ē adhibita mēoria sensui corpis: quō ipse sensus adhibet<sup>9</sup> ē. Itis ita et abulātes intenta in aliud volūtate nesciūt qđ trāsierint: qđ si nō vidissent nō ambulassent: aut maiore intentōe palpādo ambulassent: p̄sertim si p̄ incognita pgerēt: sed qđ facile ambulauerūt: vtiq; viderūt. Quia vō nō sicut sensus oculoꝝ locis qđcūq; pgebant: ita ipi sensui memoria iungebat: nullo mō id qđ viderunt etiā recentissimū meminisse potuerūt. Jam porro ab eo qđ in memoria ē animi acie velle auertere: nihil est aliud qđ nō inde cogitare.

¶ In quolibet genere trinitatū volūtas nec parēs inueniat esse nec ples

## Capitulum IX.

¶ A hac igit distributōe cuz incipim<sup>9</sup> a specie corpis: et puenimus vsq; ad specie que fit in intuitu cogitātis: qđ tuor species repiunt quasi gradatim nate altera ex altera. Scđa de prima: tertia de scđa q̄rta de tertia. A specie qđpe corpis qđ cernit̄ exorūt: ea qđ fit in sensu cernētis: et ab hac ea qđ fit in memoria: et ab ea qđ fit in acie cogitātis. Quapropter volūtas quasi parētē cū p̄ter copulat. P̄tio specie corpis cū ea quā gignit in corpis sensu. Et ipam rursus cū ea qđ fit ex illa i memoria. Atq; istā qđ tertio cū ea qđ ex illa parit̄ in cogitantis intuitu: sed media copula qđ secunda est: cum sit vicinior: non tā similis est primē qđ tertiā: visiones em̄ due sunt vna sentientis: altera cogitantis. Ut autem possit esse visio cogitantis: ideo fit in memo-

ria. De visione sentientis simile aliquid: quose ita conuertat in cogitando acies animi: sicut se in cernendo conuertit ad corpus acies oculoꝝ propterea duas in hoc genere trinitates volui cōmendare: vna cum visio sentientis formatur ex corpore: aliam cum visio cogitantis formatur ex memoria. Ad hanc vero volui: quia ibi non solet visio dici: cū memorie cōmendat̄ forma: que fit in sensu cernētis. Vbiq; tñ voluntas non apparet nisi copulatrix quasi parentis et prolis. Et ideo vnde cūq; pcedat: nec parēs nec ples dici potest.

¶ Facile sit cogitanti fingere sibi has species quas non vidit ex earum recordatione quas vidit. Capitulum X.

¶ Cū si non meminimus nisi qđ sensimus: neq; cogitamus nisi qđ meminimus: cur plerūq; falsa cogitamus cum ea que sensimus: nō vtiq; falso meminimus: nisi qđ voluntas illa quam conuictricē ac separatricē huiusmodi rerum iā qđtum potui demonstrare curauit: formādam cogitantis aciem pre condita: memorie ducit vt libitū ē: et ad cogitāda ea qđ nō meminim<sup>9</sup> ex his qđ meminimus aliud hic: aliud ide: vt sumat et impellit: qđ in vnā visionē cōiūta faciūt aliquid qđ ideo falsum dicat̄: qđ vel nō est foris in rerū corporearum natura: vt non de memoria videtur expressum cū tale nihil nos sensisse meminimus. Quis em̄ vidit cygnum nigrū: et p̄terea nemo meminit cogitare tñ quis nō potest. Facile est em̄ illā figurā quaz vidēdo cognouimus nigro colore pfundere: quē nihilominus in alijs corpibus vidim<sup>9</sup>. Et qđ vtrūq; sensimus: vtrūq; meminimus. Nec aut̄ qđ drupedem meminim<sup>9</sup> quia non vidi. Sed fantasmam talem facillime intrueor: duz alicui forme volatili qualem vidi adiungo alios duos pedes: quales itidem vidi. Quapropter duz cōiuncta cogitamus que sigillatim sensa meminimus videmur nō id quod meminimus cogitare: cum id agamus moderante memoria vnde sumim<sup>9</sup> omnia que multipliciter ac varie pro nostra voluntate componimus. Nāz neq; ipsas magnitudines corporum quas nūqđ vidimus sine opere memorie cogitamus. Quoz enim spacij solet occupare per magnitudinem mundi noster obtutus: in tantuz extendimus quasilibet corpoꝝ: um moles: cū eas maximas cogitamus. Et ratio quidem peregit in ampliora: sed phantasia non sequitur. Quippe cum infinitatem qđ numeri ratio renunciet: quaz nulla visio corporalia cogitantis apprehēdit. Eadē rō docet minutissima eti-

# Liber

am corpuscula infinite diuidi: cū tamē ad eas tenuitates vel minutias peruentū fuerit q̄s visas meminim⁹ exiliores minutioresq; phātas iam nō possum⁹ intueri: q̄uis rō nō desinat psequi ac diuidere. Ita nulla corpalia nisi aut ea que meminimus aut ex his que meminimus cogitamus.

De mensura et numero et pondere quorū similitudo fit in memoria et visione et voluntate.

## Capitulum. XI.

Ed q; numerose cogitari p̄nt que sigillatim sunt imp̄ssa memorię: videtur ad memoriā mēsurā: ad visionē vero nūerus pertinere. Quia lz innūerabilis sit multiplicitas taliū visionū. singulis tñ in memoria p̄scriptus est intrāgressibilis modus. Abēsurā igit in memoria: in visioib⁹ numer⁹ apparet: sicut in ip̄is corpibus visibilib⁹ mēsurā quedā est: cui numerosissime coaptat⁹ sensus videntiu: et ex vno visibili multoz cernentiu format⁹ aspect⁹: ita vt etiā vn⁹ p̄pter duoz rō oculoz numer⁹ plerūq; vnā rem geminatā specie videat: sicut sup̄ docuim⁹. In his ḡ rebus vñ visiones expr̄munt q̄dā mēsurā ē. In ip̄is aut visionib⁹ numer⁹. Clolūtas vero q̄ ista p̄iungit et ordinat: et quadā vnitate copulat: nec sentiēdi aut cogitādi appetitū nisi i his rebus vñ visiones formant acq̄escēs colocat ponderi similis ē. Quapropter hec tria mēsurā: numer⁹ pond⁹ etiā in ceteris oibus reb⁹ animaduertēda p̄libauerim. Nūc interi volūtātē copularricē rei visibilis atq; visiois q̄si pentis et plis: siue in sentiēdo siue in cogitādo: nec parentē nec plē dici posse: quō valui et quib⁹ valui demōstrāui. Uñ ip̄s admonet hāc eandē trinitatē in interiorē hoīe req̄re: atq; ab isto d̄ quo tādiu locut⁹ sum aiāli atq; carnali q̄ exteriorē bz̄ introitus tendē. Ubi speram⁹ inuenire nos posse fm̄ trinitatē imaginē dei conat⁹ n̄fos illo ip̄o adiuuātē) quem omnia: sicut res ip̄e indicāt: ita etiā sc̄tā scriptura in mēsurā et numero et pondere disposuisse restatur.

Explicit liber vndecimus

Incipiunt capitula libri duodecimi.

- i Quid sit q̄ etiā in aīo n̄fo intelligendū sit ad exteriorē hoīem pertinere.
- ii Corpales sensus cōes nobis esse cū peccorib⁹: sed p̄p̄riū esse hoīs de his q̄ sensu corporis cōprehendit secundum eternas iudicare rationes.
- iii Actiones corporales ita demum esse re-

ctas si eis regendis mentis intellectuale p̄fuerit

- iiii Quid inter sit inter illud quo mens inclinatur ad temporalia et illud quo contemplatur eterna.
- v De opinione eorum qui coniugio masculi et femine et eorum proli diuinā comparant trinitatem.
- vi Q̄ homo non ad vnus in trinitate personē sed ad totius trinitatis imaginem sit creatus.
- vii De eo q̄d ap̄ls dicit virū esse imaginem dei: mulierē autē gloriā viri
- viii Quibus p̄gressibus mens corporalium vsu et imagine delectata: ab eternorum contemplatione deficiat.
- ix Q̄ perniciose relicto cōmuni bono: priuata querantur.
- x Que sit humana temptatio. et q̄d pctm̄ extra corpus habeat
- xi Quib⁹ demutatōib⁹ hō ab imagine dei in similitudinē pecoris delabatur
- xii Q̄ cōpabilis sit primoz hoīm p̄uaricatione mens q̄ ad amorē tp̄aliū sensu est tracta corporeo.
- xiii De eoz sn̄ia qui in vno hoīe mentē in p̄sona viri: sensuz autē corpis in p̄sona mulieris accipiendū esse dixerunt.
- xiiii In que officia proprie sapientia et scientia dei dantur.
- xv De opinione platonis qua credidit aīā alīā vitam priusq; corporibus inducerentur habuisse.

Aurelij augustini episcopi de trinitate liber duodecimus incipit.

Quid sit q̄ etiā in aīo nostro intelligendū sit ad exteriorē hoīem pertinere. Ca. I.

De nunc videamus vbi sit quasi quoddam hominis exterioris in teriorisq; confinium. Quicquid em̄ habemus in animo commune cum pecore recte adhuc dicitur ad exteriorē hominem pertinere. Non em̄ solū corpus homo exterior deputabitur: s; adiuncta quadam vita sua qua compages corporis et oēs sensus vigent: quibus instructus est ad exteriora sentienda. Quozum sensorum imagines infixę in memoria cum recordando reuisuntur: res adhuc agit ad exteriorē hominem pertinens. Etq; in his omnibus non distamus a pecore: nisi q̄ figura corporis non proni sed erecti sumus. Quia in re admone-

mur ab eo qui nos fecit ne meliore nostri parte. i. animo similes pecoribus sim<sup>9</sup>: a quibus corporis erectione distamus: nō vt in ea q̄ sublimia sunt in corporibus animū p̄iciam<sup>9</sup>. Hā vel in talibus detē voluntatis appetere p̄sternere est animū. sed sicut corp<sup>9</sup> ad ea que sunt excelsa corporū. i. ad celestia naturalit<sup>9</sup> erectū est sic anim<sup>9</sup> q̄ substātia spiritalis est: ad ea q̄ sūt in spiritalibus excelsa erigend<sup>9</sup> est nō elatione sup̄bie: sed pietate iusticie.

Corpales sensus cōmunes nobis esse cum pecoribus: sed p̄p̄riū esse hoīs de his que sensu corporis cōprehendit scōm eternas iudicare rationes.

## Capitulum II.

**P**ossunt autē et pecora et sentire per corporis sensus extrinsec<sup>9</sup> corporalia et ea memoria fixa reminisci: atq; i. eis appetere cōducibilia fugere incōmoda: verum ea notare: ac nō solū naturalit<sup>9</sup> rapta: s̄ etiam de industria memorie cōmendata retinere: et in obliuionē iā iāq; labentia recordando: atq; cogitādo rursus imprimere: vt quēadmodū ex eo qd̄ gerit memoria cogitatio format: sic et hoc ipm̄ qd̄ in memoria est cogitādo firmet. Fictas etiā visiones hinc atq; inde recordata q̄libet sumēdo: et quasi assumendo componere inspiciere: quēadmodū in hoc rerū genere q̄ verisimilia sunt discernant a veris: nō spiritalib<sup>9</sup> sed ip̄is corporalibus. Hec atq; huiusmodi q̄uis in sensibilib<sup>9</sup> atq; in eis q̄ inde animus per sensum corporis traxit agant atq; sentē: nō sunt tñ rōis exp̄tia: nec hoīb<sup>9</sup> pecoribusq; cōmunia. Sed sublimioris rōnis est iudicare de istis corporalib<sup>9</sup>: scōm rōnes incorpales et sempiternas. Que nisi supra mentē humanā essent: icōmutabiles p̄fecto nō essent: atq; in his nisi subiūgeret alqd̄ nostrū: nō secundū eas possemus iudicare de corporalibus. Iudicamus autē de corporalib<sup>9</sup> ex ratione dimensionū atq; figurarū quā incōmutabiliter manere mens nouit.

Actiones corporales ita demū esse rectas si eis regendis mentis intellectuale presuerit.

## Capitulum III

te penit⁹ clamat in psalmis. Deseruit me for- Ibidē. 37  
tudo mea ⁊ lumē oculoꝝ meoꝝ nō est mecū  
Non sane in his tantis infirmitatis ⁊ erroꝝis  
malis amittere potuit naturalē memoriā: in-  
tellectū ⁊ amorē sui: p̄pter q̄ merito dici po-  
tuit: quod supra cōmemorauī. Q̄ in imagi-  
ne dei ambulat homo: tñ vane p̄turbat. The Ibidē. 38  
saurizat ⁊ nescit cui p̄gregabit ea. Cur enim  
thesaurizat nisi quia fortitudo eius deseruit  
eum. per quē habens rei nullius idigeret. Et  
cur nescit cui cōgregabit ea: nisi quia lumen  
oculoꝝ eius nō est cū eo. ⁊ ideo nō videt quod

Luc. 12  
veritas ait. Stulte hac nocte aīam tuā repe-  
tent abs te: hec que p̄parasti cuius erūt. Cle-  
rūtamen qz etiā talis in imagine ambulat hō  
⁊ habet memoriā ⁊ intellectū ⁊ amorē sui. Ho-  
minis mens: si ei manifestaret qz vtrūq̄ habe-  
re nō posset ⁊ vnū e duobus permittere ē eli-  
gere: alter p̄diturus: aut thesauros quos cō-  
gregauit: aut mentē: quis vsq̄ adeo nō habz  
mentē: vt thesauros mallet habere q̄ mentē.  
Thesauri enī mentē possunt plerūq̄ subuer-  
tere: ⁊ mens que nō thesauris subuertit: sine  
vllis thesauris facilius ⁊ expeditius potest vi-  
uere. Quis vero vllos thesauros: nisi p̄ men-  
tē poterit possidere? Si em̄ puer infans q̄uis  
ditissimus natus: cū sit dñs oīm que iure sunt  
eius: nihil possidet mente sopita: quo tandem  
modo quisq̄ quisq̄ mente possidebat amissat.  
Sed de thesauris quid loquor: qz eis quilibet  
hoīm si talis optio p̄ponat: mauult carere q̄  
mente: cum eos nemo p̄ponat: nemo comp̄t  
luminibus coꝝporis: quibus nō vt aux̄ rarus  
quisq̄ homo: s; oīs homo possidet celum: p̄ lu-  
mina enī coꝝporis quisq̄ possidet quicqd̄ li-  
benter videt. Quis ergo si tenere vtrūq̄ nō  
possit: ⁊ alterutrū cogatur amittere: nō the-  
sauros q̄ oculos malit. ⁊ tamen si ab eo simili  
p̄ditione querat: vtrū oculos malit amittere  
an mentē: quis mente nō videat eum oculos  
malle q̄ mentē? Ahens quippe sine oculis car-  
nis humana est. Oculi autē carnis sine mente  
beluini sunt. Quis porro non hoīem se malit  
esse etiam carne cecū: q̄ beluam videntem?  
Ihec dicit: vt etiā tardiores: q̄uis breuiter cō-  
mouerēt a me: in quozū oculos vel aures be-  
littere puencrunt q̄ntum mens diligit seipsaz  
etiam infirma ⁊ errans: male diligendo atz se

# Liber

ctando que sunt infra ipsam. Diligere porro se ipsam non poterit: si se omnino nesciret. id est si sui non meminisset: nec se intelligeret: quia in se imagine dei tam potens est: ut ei cuius imago est valeat inherere. Sic enim ordinata est naturarum ordine: non locorum: ut supra illam non sit nisi ille. Denique cum illi penitus adhererit: vnus erit spiritus. Qui rei attestat apostolus dicens. Qui autem adheret deo vnus spiritus est. Accedente quippe ista ad participationem nature veritatis et beatitudinis illius: non tamen crescente illo in natura: veritate et beatitudine sua. In illa itaque naturam cui feliciter adhererit: immutabiliter viuere et immutabile videbit omne quod viderit. Tunc sicut ei diuina scriptura permittit: satiabit in bonis desiderium eius: bonis immutabilibus: ipsa trinitate deo suo cuius imago est: et ne vultus eius in abscondito vultus eius: tanta veritate eius impleta: ut eam nunquam peccare delectet. Se ipsam deo nunc quam videret: non aliquid immutabile videt.

De mutabilitate mentis humane qua fit: ut sicut misera facta est ex beata: ita beata possit esse ex misera.

La. XV.

Quod ideo certe non dubitat quam misera est: et beata esse desiderat. Nec ob aliud fieri sperat hoc posse: nisi quia est mutabilis. Nam si mutabilis non esset: sicut ex beata vita misera: sic ex misera beata esse non poterit. Et quid eam fecisset miseram: sub omnipotente et bono deo: nisi peccatum suum: et iusticia domini sui? Et quid eam faciet beatam: nisi meritum suum et primum domini sui? Sed et meritum eius gratia est illius: cuius primum erit beatitudo eius. Iusticia quippe dare sibi non potest: quam perditam non habet. Hanc enim cum homo conderet accepit: et peccando vtriusque perdidit. Accepit ergo iusticia: per quam beatitudinem accipere mereret. Unde veraciter ei dicitur ab apostolo: quasi de suo bono superbia incipienti. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti quod gloriaris quasi non accepisti? Quia autem bene recordatur domini sui: spiritus eius accepto sentit omnino: quia hoc discit: intimo magisterio: non nisi eius gratuito affectu posse se surgere: non nisi suo voluntario defectu cadere potuisse. Non sane reminiscitur beatitudinis sue: fuit quippe illa et non est: eiusque ista penitus oblita est: ideoque nec commemorari potest. Credit autem de illa fidedignis litteris dei sui per prophetam scriptis narratibus de felicitate paradisi: atque illud primum et bonum hominis et malum hystorica traditione indicatibus: domini autem dei sui reminiscitur. Ille quippe semper est: nec fuit et non est: nec est et non fuit: sed sicut nunquam non erit: ita

nunquam non erat: et vbiq; totus est. Propter quod ista in illo et viuere et moueri: et est: et ideo reminisci eius potest. Non quia hoc recordatur quod eum nouerat in adam: aut alibi alicubi ante huius corporis vitam. Aut cum primum facta est ut in se ereret huic corpori. Nichil enim horum omnino reminiscitur. Quicquid horum est: obliuione delatum est. Sed cum memoratur ut conuertatur ad deum tanquam ad eam lucem qua iam cum ab illo auerteret: quodammodo tangebatur. Nam hinc est quod etiam impij cogitant eternitatem: et multa recte reprehendunt rectosque laudant in hominum moribus. Quibus ea tandem regulis indicantur nisi in quibus vident: quemadmodum quisque viuere debeat: etiam si nec ipsi eodem modo viuunt: vbi eas vident? Neque ei in sua natura cum proculdubio mente ista videant: eorumque mentes constet esse mutabiles: has vero regulas immutabiles videat quisque in eis et hoc videre poterit. Nec in habitu sue mentis cum ille regule sint iusticie: mentes deo eorum constet esse iniustas. Vbi nam sunt iste regule scripte: vbi quod sit iustum: et iniustus agnoscit vbi cernit habendum esse quod ipse non habet. Vbi ergo scripte sunt: nisi in libro lucis illius que veritas dicitur vnde omnis lex iusta describitur: et in cor hominis que operatur iusticiam: non migrando sed tanquam impingendo transfertur: sicut imago ex anulo et in ceram transit: et anulum non relinquit. Qui deo non operatur: et tamen videt quod operandum sit: ipse est qui ab illa luce auertitur: a qua tamen tangitur. Qui autem nec videt quemadmodum sit viuendum: excruciatius quidem peccat: quia non est transgressor cognite legis. Sed etiam ipse splendore aliquoties vbiq; presentis veritatis attingitur: quam admonitus perficitur.

De reformatione mentis ad imaginem dei: et quot modis spiritus appellatio diuersis assignetur naturis.

La. XVI.

Uta deo commemorati conuertuntur ad deum: ab ea deformitate qua per cupiditates seculares conformabantur huic seculo reformantur ex illo: audientes apostolum dicentem. Nolite reformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis vestre: ut incipiat illa imago ab illo reformari a quo formata est. Non enim reformare se ipsam potest: sicut potuit deformari. Dicit etiam alibi. Renouamini spiritu mentis vestre: et induite nouum hominem: eum qui secundum deum creatus est: in iusticia et sanctitate veritatis. Quia secundum deum creatus: hoc alio loco dicitur ad imaginem dei. Sed peccando iusticiam et sanctitatem veritatis amisit: propter quod hec imago deformis et decolorata facta est:

1. Cor. 6.

1. Cor. 4.

Rom. 12.

Ep. 4.

1. Pet. 1.

XIII

**Eph. 4** hanc recipit cū reformatur et renouatur. **Qu** autē ait. spū mentis vestre: nō ibi duas res intelligi voluit. quasi aliō sit mens: aliud spūs mentis. Sed quia oīs mens spūs est: nō autē omīs spūs mens est. Est enī spūs et deus: qui renouari non potest: quia nec veterāscere potest. Dicit etiam spūs in hoīe qui mens non sit: ad quē pertinent imaginationes similes corporū.

**1. Cor. 14** De quo dicit ad corinthios: vbi dicit. Si autē orauero lingua: spūs meus orat: mens autē mea infructuosa est. hoc enī ait: quā id quō dicitur nō intelligit: quia nec dici potest: nisi corporaliū vocum imagines sonū oris in spūs cogitatione pueniant. Dicitur et hoīs anima spū ritus. Unde est in euāgelio. Et inclinato capite tradidit spū: quo significata est mors corporis: anima excūte. Dicitur spūs etiam peccoris: quō in ecclesiaste libro salomonis apertissime scriptum est. vbi ait. Quis scit spūs filioꝝ hoīs si ascendet ipse sursum: et spūs peccoris si descendet ipse deorsus in terrā. Scriptū est etiam in genesi vbi dicit diluuiō mortuam vniuersam carnē que habebat in se spūm vite. Dicit spūs etiam ventus: res apertissime corporalis. Unde illud in psalmis. Ignis: grandis: nix: glacies: spūs tempestatis. Quia ergo tot modis dicit spūritus: spūm mentis dicere voluit eum spūm que mens vocatur. sicut ait etiam idem apostolus. In expolitiōe corporis: carnis. Non duas vtiq; res intelligi voluit. quasi aliud sit caro: aliud corpus carnis. Sed quia corpus multarum rerum nomē est: quarum nulla est caro. Nam multa sunt excepta carne corpora celestia et corpora terrestria. Corpus carnis dixit: corpus quod caro est. Sic itaq; spūm mentis eum spūm que mens est. alibi quōq; apertius etiam imaginē noīa: uit: scz alijs verbis idipm p̄cipiens. Expoliantes vos inquit veterem hoīem cū actibus eiꝝ induite nouū qui renouatur in agnitionem dei. **fm** imaginem eius qui creauit euz. **Qu** ergo **Eph. 4** ibi legitur. Induite nouū hoīem q̄ **fm** deum creatus est: hoc isto loco Induite nouū hoīem qui renouatur **fm** imaginem eius q̄ creauit eū. **Ibi** autē ait. **fm** deum. hic vero **fm** imaginem eius qui creauit eum. Pro eo vero quod ibi posuit. In iusticia et sanctitate veritatis. hoc posuit hic. In agnitione dei. Fit ergo ista renouatio reformatioq; mentis **fm** deum. vel **fm** imaginē dei. Si ideo dicit **fm** deū: ne **fm** aliam creaturā fieri putetur. Ideo autē **fm** imaginē dei: vt in ea re intelligatur fieri hec renouatio: vbi est imago dei: id est in mente. **Qu**emadmodū dicimus **fm** corpus mortuum:

nō **fm** spūm eum qui de corpore fidelis et iustus abscedit. Quid enī dicimus **fm** corpus mortuū: nisi corpore vel in corpore: nō anima vel in anima mortuū. Aut si dicamus: **fm** corpus est pulcer: aut **fm** corpus fortis. nō scdm animū: quid est aliud q̄ corpe nō animo pulcer aut fortis est. Et innumerabiliter ita loquimur. Non itaq; sic intelligamus: **fm** imaginē eius qui creauit eum: quasi alia sit imago **fm** quā renouatur: nō ipsa que renouatur.

Quid sit inter regenerationē baptismi et renouationem qua pficitur de die in diem in agnitione dei. **La. XVII.**

Anē ista renouatio nō momento vno fit ipsius p̄uersionis: sic vt momento vno fit illa in baptismo renouatio remissione oīm peccatorū. Neq; enī vel vnum q̄ntulūcūq; remanet: quō nō remittat: s̄ quē admodū aliud est carere febribus: aliud ab infirmitate que febribus facta est reualescere. Itēq; aliud est infirmum telum de corpore demere: aliud vulnus quō eo factū est secūda curatione sanare: ita p̄ma curatio est cām remouere languoris: quō p̄oīm fit indulgentiā peccatorū: secūda ipm sanare languorē: quō fit paulatim pficiendo in renouatione huius imaginis: q̄ demonstrant in psalmo vbi legit. Qui ppitius sit omnibus iniquitatibus tuis. quod fit in baptismo. Deinde sequitur. Qui sanat oēs languores tuos: quō fit quotidianis accessibus: cū hec imago renouatur. De qua re ap̄tissime locutus est dicens. Et si exterior homo noster corrumpit: sed interior renouatur de die in diem. Renouatur autē in agnitione dei: h̄ est in iusticia et sanctitate veritatis: sicut se se habent apostolica testimonia: que pauloante commemorauī. In agnitiōe igit dei: iusticia: q; et sanctitate veritatis: qui de die in diē pficiendo renouatur: trāffert amorē a tpalibus ad eterna: a visibilibꝝ ad intelligibilia: a carnalibus ad spiritualia: atq; ab istis cupiditatē frēnare atq; minuere: illisq; se charitate alligare diligentē insistit. Tantū autem facit: quantum diuinitus adiuuat. Dei quippe sententia ē. Sine me nihil potestis facere. In quo p̄fectū et accessu tenentē mediatoris fidem cum dies vite huius vltimus quēq; compererit: perduendus ad deū quem coluit: et ab eo perficiendus excipiet ab angelis sanctis incorruptibile corpus in fine seculi. nō ad penam sed ad gloriam recepturus. In hac quippe imagine tūc perfecta erit dei similitudo: quando dei perfecta erit visio. De qua dicit apostolus paulus **1. Cor. 13** Videmus nunc per speculum in enigmate:

**Lolo. 3.**  
**Job. 15.**  
**Ps. 102.**  
**Ibidem.**  
**2. Cor. 4.**  
**Lolo. 3.**  
**Eph. 4.**  
**Job. 15.**  
**1. Cor. 13**

# Liber

2. Cor. 3 tunc autē facie ad faciem. Item dicit. Nos autē reuelata facie gl̄iam dñi contēplantes in eandem imaginē transformamur de gl̄ia in gl̄iaz tanq̄ a dñi sp̄u: hoc est quod fit de die in diem bene p̄ficiētibz. Ap̄lus autē ioh̄es. Dilectis simi inquit nunc filij dei sumus: et nondū apparuit quod erimus. Scimus quia cū apparuerit similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Hinc apparet tunc in ista imagine dei fieri eius plenā similitudinē: quando eius plenāz perceperit visionē.

¶ Possit etiāz hoīem corpore imaginē dei accipi: s̄m q̄ verbum caro factū est: cuius imortalitati oēs sancti p̄formabunt. Ca. XVIII.

¶ Etiamq̄ possit hoc a ioh̄ane ap̄lo etiā de imortalitate corporis dictum videri. Et in hac q̄ppe similes erimus deo

sed t̄mmodo filio quia solus in trinitate corpus accepit: in quo mortuus resurrexit: atq̄ id ad superna peruenit. Nam dicit etiam ista imago filij dei: in qua sicut ille imortalē corp̄ habebimus: p̄formes facti in hac pre: nō p̄ris imaginis: aut sp̄ū sancti: sed t̄mmodo filij: quia

de hoc solo legit: et fide sanissima accipit. Verbum caro factum est. p̄pter quod apostolus

Quos autem inquit p̄ciuit et p̄destinauit cōformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse p̄mogenitus in multis fratribz. Primogenitus vtriq̄ a mortuis: s̄m eundē apostolū: qua mortelēminata est caro eius in cōtumelia: resurrexit in gl̄ia. Scōm hanc imaginē filij cui p̄ imortalitatem conformamur in corpore: etiā

illud agimus quod dicit idē ap̄lus. Sicut portauimus imaginē terreni: portemus et imaginem eius qui de celo ē: vt sc̄z q̄ s̄m adam mortales fuimus: s̄m christū imortales nos futuros fide vera et spe certa: firmāz teneamus. Sic em̄ nunc eandem imaginē portare possumus: nondū in visione: sed in fide: nondū in re: sed in spe. De corporis quippe resurrectione tunc loquebat̄ apostolus cum hec diceret.

Qua sui parte homo ad imaginē et similitudinē dei factus sit: ad quā p̄ficiendo renouat̄.

Capitulum XIX.

¶ T vero illa imago de qua dictum est faciamus hoīem ad imaginem et similitudinē nostram. quia nō dictū est ad meā vel ad tuā: ad imaginē trinitatis factū hoīez credimus: et q̄ta potuimus inuestigatōne cōprehendimus. Et ideo s̄m hanc potius et illud

intelligendū est: quod ait ap̄lus ioh̄es. Similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est: q̄ de illo dixit de quo dixerat. filij dei sumus. Et imortalitas carnis illo perficiet̄ momento re

surrectiōis: de q̄ ait ap̄lus paulus. In ictu oculi: in nouissima tuba: et mortui resurgēt incorrupti et nos imutabimur. In ip̄o nāq̄ ictu oculi ante iudiciū resurget in virtute: in incorruptione: in gl̄ia corpus spiritale qd̄ nūc semiat̄ in infirmitate: corruptione. et tumelia corpus aiāle. Imago vero que renouat̄ in sp̄u mentis in agnitione dei: nō exterius s̄ interius de die in diē ip̄a p̄ficiet̄ visione que tunc erit post iudiciū. facie ad facie. nunc autē p̄ficiet̄ p̄ speculū in enigmate. Propter cui⁹ p̄fectionē dictū intelligendū est. s̄iles ei erimus qm̄ videbim⁹ eū sicuti ē. Hoc ei donū tūc nob̄ dabit̄ cū dictū fuerit. Venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnū. Tunc quippe tollet̄ impus vt nō videat claritatē dñi: qm̄ ibūt̄ sinistri in supplicium eternū. euntibus dextris in vitam eternā. Hec est autē (sicut ait vitas) vita eterna. vt cognoscant te inquit vnū verū deum. et quē misisti iesum xpm̄. Hanc p̄emplatiuā sapientiam quā pp̄rie puto in litteris sanctis a scientia distinctā. sapiam nuncupari dūtaxat hominis. que quidē illi nō est nisi ab illo cuius p̄cipitatione vere sapiens fieri mens rōnalis et intellectualis potest. Cicero cōmēdans in fine dialogi hortensij. Que nobis inquit dies noctesq̄ p̄siderantibus acuentibusq̄ intelligentiā que est mentis acies cauentibusq̄ ne quādo illa hebescat. id est in phia viuētibus magna spes est. Aut si hoc qd̄ sentimus et sapiamus mortale et caducū est: iocundū nobis perfunctis muneribus hūanis occasum. neq̄ molestā extinctionē et quasi quietē vite fore. Aut si vt antiquis phis hisq̄ maximis longeoz clarissimis placuit eternos animos ac diuos habemus. sic existimandū est quo magis hi fuerint semp̄ in suo occurſu. id est in ratione et inuestigandi cupiditate. et quo minus se admiscuerint atq̄ implicuerint hoīm vitijs et erroribus hoc vel his faciliore ascensum et redituz̄ in celū fore. Deinde addens hanc ipsam clausulā repetendoq̄ s̄monem finiēns. Quapropter inquit vt aliqui terminet̄ oratio. si aut extinguī tranquille volumus cū his artibus vi

1. Cor. 13

1. Job. 3

Abat. 25

Job. 17.

Gen. 1

1. Job. 3

Ibidem.

quod sentimus et sapiamus mortale et caducuz̄ est: quasi hoc moriat̄ et intercīdat quod nō diligebamus: vel potius quod atrociter odera

## XIII

mus: vt iocundus nobis sit eius occasus. Cle-  
rum hoc nō didicerat a philosophis quos ma-  
gnis laudibus p̄dicat: sed ex illa noua acade-  
mia vbi ei dubitare etiā de rebus manifestissi-  
mis placuit: ista sententia redolebat. A philo-  
sophis autē sicut ipse confitetur maximis longe-  
q; clarissimis: eternos animos esse acceperat.  
Eterni quippe nō incōuenienter hac exhorta-  
tione excitant: vt in suo cursu reperiant cum  
venerit vite huius extremā. id est in rōne z in-  
uestigandi cupiditate minusq; se admisceant  
atq; implicent hoīm vitijs z erroribus: vt eis  
facilior sit regressus ad deum. Sed iste cursus  
qui constituit in amore atq; inuestigatione ve-  
ritatis: non sufficit miseris. id est hominibus:  
cum ista sola rōne mortalibus sine fide media-  
toris. Quod in libris superioribus huius ope-  
ris: maxime in quarto z. xij. q̄tum. porui de-  
monstrare curauit.

Explicit liber quartusdecimus.

Incipiūt capitula libri quādecimi.

- i De excellentia animi ad imaginem cre-  
toris sui conditi.
- ii De summo bono quod semp inuenien-  
duz querit z q̄rendū inuenit.
- iii Quid disputatū: quidue sit comp̄hen-  
sum p̄cedentū ratiocinatione librorū.
- iiii In quarū rerum cōtemplatione sūma  
trinitas inquirenda sit.
- v Omnia que de deo digne dici vident̄  
posse in pauciora conferri vt nihil mi-  
nus dictum intelligat̄.
- vi Quō etiā si vnum aliquid eligatur ex  
multis: quod digne appellet deus in  
vna ipsa appellatione trinitas deitatis  
possit intelligi.
- vii Quō differat trinitas que iuenitur in  
immagine dei a trinitate que deus est.
- viii De speculo in quo p̄ imaginem dei tri-  
nitas eius vtcūq; intellecta conspici-  
tur.
- ix De enigmate z tropicis locutionibus
- x Quomodo per inspectionem verbi qd̄  
est in cogitatione mētis humane ad  
agnitionem verbi quod deus est ali-  
quatenus possit accedi.
- xi Sicut verbum hominis significatur p̄  
vocem vel quodlibet iudicium corpo-  
rale: ita verbum dei manifestatū esse

per carnem.

- xij Quantū distent a vera z perfecta simi-  
litudine dei que in natura mentis vt  
cūq; deo similia reperiant̄.
- xiii De scientia dei patris cui nihil cuiusq;  
creature indicijs conferat̄.
- xiiii De similitudine z equalitate patris dei  
z vnigeniti eius consubstantialis et  
coeterni.
- xv Quō dissimile sit verbum nostrum muta-  
bile: a verbo dei incōmutabili z eter-  
no.
- xvi An volubilitas cogitationis deo inesse  
credenda sit.
- xvii De spiritu sancto qui patri z filio equa-  
lis accipitur z vtriusq; spūs dicitur z  
charitatis noīe intelligitur: cum q̄libet  
in trinitate p̄sona sit charitas.
- xviii De excellentia charitatis q̄ ita ex deo  
est vt ipse sit deus.
- xix Qua ratione donum dei dicatur spiri-  
tu sanctus.
- xx Contra eos qui vnigenitum dei nō pa-  
terne nature sed voluntatis filium  
esse dixerunt.
- xxi De similitudinibus trinitatis diuine  
que in natura mentis ad imaginem  
dei facte reperiri vtcūq; potuerūt.
- xxii Tria que sūt in imagine dei. id est me-  
moria: intellectus: z amor vnus esse  
persone quia nō hoc est ei esse quod  
hec habere.
- xxiii Quō vera in dei trinitate vnitas: z q̄ve-  
ra in eiusdem vnitate sit trinitas.
- xxiiii De his qui naturaz mentis subtiliter  
intuētur: z eam imaginē dei esse nō  
sentiunt.
- xxv Quō beatos faciat fides recta: etiā eos  
qui de naturis incorporeis nequeūt  
disputare.
- xxvi Interualla tempoz diuine trinitatis  
nulla sunt.
- xxvii Quid quodam sermone ad populum  
disputatū sit de differētia generatio-  
nis filij z p̄cessionis spūs sancti.

Incipit liber quintusdecimus.

# Libet

De excellentia animi ad imaginem creatoris sui conditi.

Ca. I.

Olertes in reb<sup>o</sup> q<sup>ae</sup> facte sunt ad cognoscendū eum a quo facte sunt: exercere lectore: iā puenimus ad ei<sup>9</sup> imaginem q<sup>od</sup> est hō: in eo quo ceteris animalibus antecellit: id est rōne vel intelligentia: et quicqd aliud de anima rōnali vel intellectuali dici pōt: q<sup>od</sup> p<sup>ro</sup>ineat ad eā rem que mens vocatur vel animus.

Quo nomine nonnulli auctores lingue latine: id q<sup>od</sup> excellit in homie: t nō ē in pecore ab aia q<sup>ae</sup> inest t pecori: suo quodam loquendi more distinguūt. Supra hanc ergo naturā si querim<sup>9</sup> aliquid t verū querimus: deus est: natura scz nō creata: sed creatrix: que vtrū sit trinitas: nō soluz credentib<sup>9</sup> diuine scripture auctoritati: verū etiā intelligentibus: aliqua si possumus rōne iam demonstrare debemus. Cur aut si possum<sup>9</sup> dixerim: res ipa cū q<sup>ui</sup> disputādo cepit: meli<sup>9</sup> iudicabit.

De summo bono quod semp inuenienduz querit t querendū inuenit.

Ca. II

Eus quippe ipse que querim<sup>9</sup> adiunxerit: vt spero: ne sit infructuosus labor: noster: t intelligam<sup>9</sup> quādamo-

ps. 104. dum dictū sit in psalmo scō: Letet cor querentium dñm: querite dñm t cōfirmamini: querite faciem eius semp. Uidet em q<sup>od</sup> semp q<sup>ui</sup>rit: nunq<sup>am</sup> inueniri: t quō iam letabit: t nō pot<sup>est</sup> iam cōtristabit cor: querentiu: si nō potuerint inuenire q<sup>od</sup> querit. Nō em ait: Letet cor inuenientiu: sed querentiu dñm: t tñ dñm deuz inuenire posse dū querit: testat Esaias pphā dū dicit: Querite dñm t mox vt inueneritis inuocate eum: t cū appropinquauerit vobis: derelinquat impius vias suas: t vir iniquus cogitationes suas. Si q<sup>ui</sup> querit<sup>9</sup> inueniri potest cur dictū ē: Querite faciē eius semp: an t inuentus forte querendus est: Sic em sunt incōprehensibilia requirēda: ne se existimet nihil inuenisse: q<sup>ui</sup> sit incōprehensibile q<sup>od</sup> querebat potuerit inuenire. Cur ergo sic q<sup>ui</sup>rit: si incōprehensibile cōprehendit esse q<sup>od</sup> querit: nisi q<sup>ui</sup> cessandum nō est q<sup>ui</sup> diu in ipsa cōprehensibilium rerū inq<sup>ui</sup>sitiōe p<sup>ro</sup>ficat: t melior melioq<sup>ue</sup> sit q<sup>ui</sup>rit: tā magnū bonū q<sup>od</sup> t inueniendū querit: t querendū inuenit: Nam t querit vt inueniatur dulcius: t inuenit vt quera<sup>t</sup> auidi<sup>9</sup>. Scdm hoc accipi pōt: q<sup>od</sup> dictū est in libro ecclesiastico dicere sapientia: Qui me māducāt adhuc esurient: t qui bibūt me adhuc sitient. Abāducant em t bibūt q<sup>ui</sup> inueniunt: t q<sup>ui</sup> esuriunt ac sitiunt adhuc querūt. Fides querit: intelle-

ps. 104. Et ibi s. Eia. 55. ps. 104. Eccl. 24

ctus inuenit. Prop<sup>ter</sup> q<sup>od</sup> ait ppheta: Nisi crederitis: nō intelligetis. Et rursus: Intellectus eum que inuenit: adhuc querit. De<sup>9</sup> em resperit sup filios hoim: sicut in psalmo sacro canit: vt videret si est intelligens aut requirēs deū. Ad hoc debet homo esse intelligēs vt requirat deū. Satis itaq<sup>ue</sup> rememorati fuim<sup>9</sup> in his que deus fecit: vt p ea cognosceret ipse q<sup>ui</sup> fecit. Inuisibilia em ei<sup>9</sup> p ea q<sup>ae</sup> facta sunt intellecta cōspiciunt. Cū arguunt in libro sapientie q<sup>ui</sup> de his q<sup>ae</sup> vident bona non potuerūt scire eum q<sup>ui</sup> est: neq<sup>ue</sup> opib<sup>9</sup> attendētes agnouerūt artificem: sed aut ignem: aut spm: aut citatuz aerem: aut gyrū stellarū: aut violentiā aquarum: aut luminaria celi: rectores orbis terrarum deos putauerunt: quozū q<sup>ui</sup>dem si specie delectati hec deos putauerūt: sciant q<sup>ui</sup>to dominator eozū melior est. Speciei em generatoz ea creauit. Aut si virtutē t opationem eozū mirati sunt: intelligāt ab his q<sup>ui</sup>to q<sup>ui</sup> hec constituit fortioz ē. A magnitudine em speciei t creature: cognoscibiliter poterit creator videri. Hec de libro sapientie p<sup>ro</sup>pterea posui: ne me fidelium quispiā frustra t inaniter existimet in creatura p<sup>ro</sup> p<sup>ro</sup> quāsdā sui generis trinitates quodā modo gradatim donec ad mentē hois puenirem: quesisse indicia summe illi<sup>9</sup> trinitatis: quā querimus: cū deū querimus.

ps. 13

Rom. 1. Sapi. 13

Ibidem

Quid disputatum quid ve sit cōprehensuz pcedentiu rōcinatione librozū.

Ca. III

Ed qm differēdi t rōcinādi necessitas p<sup>ro</sup> q<sup>ui</sup>tuordecim librozū multa nos dicere cōpult: q<sup>ui</sup> cūcta siml aspiciere nō valem<sup>9</sup>: vt ad id q<sup>od</sup> apprehēdere volumus ea celeri cogitatione referam<sup>9</sup>: faciā q<sup>ui</sup>to dño adiunxate potuero: vt q<sup>ui</sup> cōqd in singlis voluminibus ad cognitionē disputatione pduxit remota disputatione breuiter congerat: t tanq<sup>ue</sup> sub vno mētis aspectu nō quēadmodū res queq<sup>ue</sup> psuasit: s<sup>ed</sup> ipsa que psuasata sunt ponam: ne tam longe sint a pcedentibus cōsequētia: vt obliuionē pcedentiu faciat inspectio cōsequentiū: aut certe si fecerit: cito possit q<sup>od</sup> exciderit relegendo recolligi. In pmo libro fm scripturas sacras: vnitas t equalitas summe illi<sup>9</sup> trinitatis ostendit. In .ij. t .iiij. t .iiij. eadem: sed de filij missione t spiritu sancti diligenter questio pertractata: tres libros fecit. Demonstratumq<sup>ue</sup> est: non ideo minorem mittentem eo qui missus est: quia ille misit: hic missus ē: cum trinitas que per omnia equalis est: pariter quoq<sup>ue</sup> in sua natura immutabilis: et inuisibilis: et vbiq<sup>ue</sup> presens inseparabiliter operatur. In .v. propter eos quibus ideo videtur

nō eandē patrisz filij esse substantiā: qz omne qd de deo dicit: fm substantiā dici putant: z p pterea z gignere z gigni: vel genitū esse z in genitū: qm̄ diuersa sunt: contendūt substantiās esse diuersas: demonstrat nō omne quod de deo dicit fm substantiā dici: sicut fm substantiā dicit bonus z magnus: z si quid aliud ad se dicitur: sed dicit etia z relatiue: id est nō ad se sed ad aliquid qd ipse nō est: sicut pater ad filium dicit: vel dñs ad creaturam sibi seruientē: vbi si quid relatiue: id est ad aliquid qd ipse nō est etiā expeditur: sicut est. Dñe refugiu factus es nobis: nihilei accidere quo muret: s̄ omni nō ipm̄ in natura vel essentia sua imutabilem pmanere. In. vi. quō dicit̄ sit xpus ore aplico dei virtus z dei sapientia: sicut disputat: vt differat eadem questio diligentē retractanda: vtrū a quo est genitus christus nō sit ipse sapientia: sed tñ sapientie pater: an sapientia sapientiam genuerit: s̄ quodlibet horū esset: etiā in hoc libro apparuit trinitatis equalitas: z non deus triplex: s̄ trinitas: nec quasi aliqd duplū esse patrē z filium ad simplū sp̄m̄ sc̄m̄: vbi nec tria plus aliqd sunt q̄ vnū horū. Disputatur etia quō possit intelligi quod ait hilarius ep̄s. Eternitas in patre: species in imagine vsus in munere. In. vii. questio que dilata fuerat explicat: ita vt deus qui genuit filiū: non solum sit pater virtutis z sapientie sue: sed etiā ipse xrus atqz sapientia. Sic z sp̄s sanctus. Nec tñ simul tres sunt virtutes: aut tres sapientie sed vna xrus: z vna sapientia: sicut vnus deus: z vna essentia. Deinde questum ē: quō dicantur vna essentia: tres p̄sone: vel a quibusdā grecis vna essentia: tres substantie: z inuenta ē elocutionis necessitate dici: vt aliquo vno nomine enūciarent: cū querit̄: qd tres sint: qz tres esse veraciter cōfitemur: patrē. s. z filiū z sp̄m̄ sanctū. In. viii. rōne etiā reddita intelligentibus clarū est in substantia veritatis nō solum patrē filio nō eē maiore: sed nec ambos simul aliquid maius esse q̄ solū sp̄m̄ sc̄m̄: aut quoslibet duos in eadem trinitate maius esse aliquid q̄ vnū: aut oēs simul tres maius aliquid esse q̄ singulos. Deinde p veritatē que intellecta cōspicit̄: z p bonū summū a quo ē omne bonuz z p iusticiā ppter quā diligit̄ animus iustus: ab animo etiā nō dū iusto: vt natura nō solum in corporealis: verū etiā incōmutabilis quod ē deo quātū fieri pōt intelligeret̄ admonuit: z p charitatem que in scripturis sanctis deus dicit̄ ē p quā cepit: vtrūqz etiā trinitas intelligētibus apparere: sicut amans z qd amat: z amor. In ix. ad imaginē dei: qd est hō fm̄ mentē puenit

disputatio: z in ea quedā trinitas inuenit̄: id est mēs z noticia: qua se nouit: z amor: quo se noticiāqz suā diligit: z hec tria equalia inter se z vnus ostendunt̄ essentie. In. x. hoc idē diligētius subtiliusqz tractatum est: atqz ad id pductum: vt inueniret̄ in mente euidentior trinitas eius: in memoria sc̄z z intelligentia z voluntate. Sed qm̄ z hoc compertū est: qz nunqz eē ita potuerit: vt mens nō sui meminisset: non se intelligeret z diligeret: quis nō semp se cogitaret. Lum autē se cogitaret: nō se a corpore rebus eadē cogitatione discerneret: dilata est de trinitate cuius hec imago ē disputatio vt in ipsis etiā corporeis visis inueniret̄ trinitas: z distinctius in ea lectoris exerceretur intentio. In. xi. ergo electus ē sensus oculorū in quo id qd inuentū ē etiā in ceteris quattuor sensibus corporis z nō dictū posset agnosci: atqz ita exterioris hōis trinitas: primo in his q̄ cernunt̄ extrinsecus: ex corpore sc̄z quod videt̄ z forma que inde in acie cernētis imprimitur z vtrūqz copulātis intentione voluntatis apparuit. Sed hec tria non inter se equalia: nec vnus esse substantie claruerūt. Deinde in ipso animo ab his que extrinsecus sensa sunt velut introducta inuenta est altera trinitas: vbi apparerent eadē tria vnus esse substantie. Imaginatio corporis que in memoria est: z inde informatio cū ad eam cōuerit̄ acies cogitatis: z vtrūqz coniungens intentio voluntatis. Sed ideo ista trinitas ad exteriorē hominem repta est p̄ncere: quia de corpore illata est q̄ sentiunt̄ extrinsecus. In. xii. discernenda visa est sapientia a scientia: z in ea que p̄prie scientia nuncupat̄: quia inferior est: prius q̄ daz sui generis trinitas inquirenda. Que licet ad interiorē hōiem iā p̄ncere: nō dūz tñ imago dei vel appellanda sit vel putanda. Et hoc agit̄ in xii. p cōmendationē fidei xp̄iane. In. xiii. aut de sapientia hōis vera: id est de munere in eius ipsius dei participatione donata: que a scientia distincta est disputat̄. Et eo peruenit disputatio vt trinitas appareat in imagine di quod est hō: fm̄ mentē: que renouat̄ in agnitione dei: fm̄ imaginē ei⁹ q̄ creauit hōiem ad imaginē suā: z sic p̄cipit sapientiam vbi p̄m̄platio est eternorum.

In quarum rerū contemplatione summa trinitas inquirenda sit. La. III.  
Nam ergo in ipsis rebus eternis in corporealis z incōmutabilis in q̄rū p̄fecta p̄t̄platione nobis beata q̄ non nisi eterne est vita p̄mittit̄: trinitatē q̄ deus ē inquireamus. Neqz em̄ diuinoz libroz tñm̄ō

P̄s. 89.

Col. 3.  
Ben. j

# Liber

auctoritas esse dei p̄dicat: s̄ ois que nos cō-  
cūstat ad quā nos etiā p̄tinemus vniuersa. ip-  
sa rex natura p̄clamat habere se p̄stantissimū  
p̄ditorem: q̄ nobis mentē rationēq; naturalē  
dedit: qua viuētia nō viuētib; sensu p̄di-  
ta nō sentientibus: ītelligentia nō intelligen-  
tibus: imortalia mortalibus: ipotentibus po-  
tentia: iniustis iusta: speciosa de formib; bona  
malis: incorruptibilia corruptibilibus: imu-  
tabilia mutabilibus: inuisibilia visibilibus: in-  
corpalia corpalibus: beata miseris p̄ferenda  
videamus. Ac p̄ hoc qm̄ rebus creatis creato-  
rem sine dubitatioe p̄ponimus: oportet vt eū  
z sūmē viuere z cuncta sentire atq; intelligen-  
re: z mori: corrumpi: mutariq; non posse: nec  
corpus esse: sed sp̄m̄ oim̄ potentissimū: iustissi-  
mū: speciosissimū: optimū: beatissimūq; fate-  
amur.

Om̄ia que de deo digne dici vident̄ posse  
in pauciora p̄ferre vt nihil minus dictum in-  
telligatur. Cap. 5.

Ed hec oia que dixi: z quecūq; alia si-  
mili more locutionis humane digne  
de deo dici vident̄: z vniuerse trinita-  
ti que est vnus deus: z p̄sonis singulis in ea-  
dem trinitate p̄ueniūt. Quis em̄ vel vnū de-  
um qd̄ est ipsa trinitas: vel patrem vel filium  
vel sp̄m̄ sanctū audeat dicere: aut nō viuēte  
aut nihil sentiente vel intelligente: aut in ea  
natura qua inter se p̄dicant̄: equales quenq;  
esse eoz mortalē siue corruptibile: siue muta-  
bile siue corporeū: aut quisq; ibi neget aliquē  
potentissimū: iustissimū: speciosissimū: opti-  
mū: beatissimū? Si ergo hec atq; hm̄ oia om̄ia  
z ipsa trinitas z in ea singuli dici possunt: vbi  
aut quō trinitas apparebit: redigamus itaq;  
p̄us hec plurima ad aliquā paucitatem. Que  
vita em̄ dicit̄ in deo: ipsa est essentia eius atq;  
natura. Non itaq; deus viuit nisi vita qd̄ ipse  
sibi est. Hec aut̄ vita non talis est: qualis inest  
arbori: vbi nullus est intellectus: nullus est sen-  
sus: nec talis qualis inest pecori: habet em̄ vi-  
ta pecoris sensum q̄nquiritū: sed intellectū  
habet nullū. At illa vita q̄ deus est sentit atq;  
intelligit oia: z sentit mente nō corpore: qz sp̄s  
est deus. Non aut̄ sicut aī alia q̄ h̄nt corpora: per  
corpus sentit aīa. Non em̄ ex aīa p̄stat z cor-  
pore. Ac p̄ hoc simplex illa natura sicut intelli-  
git sentit: sicut sentit intelligit. Idēq; sensus  
q̄ intellectus est illi. Nec ita vt aliqui esse desi-  
stat aut ceperit. Immortalis est em̄: nec fru-  
stra de illo dictū est qd̄ solus habeat imortalita-  
tē. Nam imortalitas eius vere imortalitas ē:  
in cuius natura nulla est cōmutatio. Ipsa est

etiā vera eternitas q̄ est imutabilis deus sine  
iuitio: sine fine p̄c̄q̄nter z incorruptibilis. Vna  
ergo eadēq; res dicit̄ siue dicat̄ eternus deus  
siue imortalis: siue incorruptibilis: siue imuta-  
bilis. Itēq; cū dicit̄ viuēs z intelligēs: qd̄ ē vti-  
q; sapiens: hoc idē dicit̄. Non em̄ p̄cipit sapias  
q̄ sit sapiēs: s̄ ipse sapias est. Et hec vita eadēq;  
virtus siue potētia: eadēq; sp̄s q̄ potens atq;  
speciosus dicit̄. Quid em̄ potentius z specio-  
sius sapias: que attingit a fine vsq; ad finē for-  
titer: z disponit oia suauiter? Bonitas etiam  
atq; iusticia nūq; d̄ inter se in natura dei: sicut  
in eius opibus distāt tāq; due diuerse sint q̄l-  
itates dei: vna bonitas: alia iusticia? Nō vtiq;  
Sed q̄ iusticia ipsa bonitas: z q̄ bonitas ipsa be-  
aritudo. Incorpalis aut̄ vel incorporeus: id  
ē: deus: vt sp̄s credat̄: vel intelligat̄ esse nō  
corp̄. Proinde si dicamus: eternus: imortalis:  
incorruptibilis: imutabilis: viuus: sapiēs: po-  
tens: speciosus: iustus: bonus: bt̄s sp̄s: ho-  
rū oim̄ nouissimū qd̄ posuit: quasi tm̄mō videt̄  
significare substantiā: cetera v̄o huius substā-  
tie q̄litates: sed nō ita est in illa ineffabili sim-  
pliciq; natura. Quicqd̄ em̄ fm̄ q̄litates illi di-  
ci videt̄: fm̄ substantiā vel essentiā est intelli-  
gendū. Absit em̄ vt sp̄s fm̄ substantiā dicat̄  
deus: z bonus fm̄ q̄litate: s̄ vtrūq; fm̄ substā-  
tiā. Sic oia cetera q̄ cōmemorauimus: vnde  
in superioribus libris multa iam diximus. De q̄  
tuor: igit̄ p̄mis que modo a nobis enumerata  
atq; digesta sunt: id est eternus: imortalis: in-  
corruptibilis: imutabilis: vnū aliquid eliga-  
mus: quia vnū quatuor ista significant: sicut  
iam disserui: ne p̄ multa distendat̄ intentio: z  
illud potius qd̄ positū est p̄us: id est eternus:  
hoc faciamus z de quatuor sc̄cūdis que sunt  
viuus: sapiēs: potens: speciosus. Et qm̄ vita  
qualicūq; inest z pecori cui sapientia nō inest  
duo vero ista sapiētia sc̄z atq; potentia ita sūt  
inter se in homine comparata: vt sancta scriptu-  
ra diceret. Melior est sapiens q̄ fortis. Spe-  
ciosa porro etiam corpora dici solent. Vnū  
ex his quatuor quod eligimus: sapiens eliga-  
tur. Quis hec quatuor in deo nō in equalia di-  
cenda sint. Noia em̄ quatuor: res autem vna  
est. De tēcijs vero vltimis quatuor quis in  
deo idem sit iustum esse quod bonū: quod be-  
atum. Idēq; spiritū esse: quod iustum z bonū  
z beatum esse: tamen quia in hominibus po-  
test esse spiritus nō beatus: potest z iustus et  
bonus nondū beatus. Qui vero beatus est:  
p̄fecto z iustus z bonus z sp̄s est: hoc pon-  
el igamus quod nec in hoibus esse sine illis tri-  
bus p̄t qd̄ est beatus.

Quo etiam si vnū aliquid eligatur ex mul-  
tis qđ digne appelletur deus: in ipa vna appel-  
latioe trinitas deitatis possit intelligi. La. VI  
 ¶ Incigit cū dicimus eternus: sapiens  
 n. beatus: hec tria sunt trinitas que ap-  
 pellať deus. Redigamus quidē illa  
 duodecim in ista paucitate triū: s̄ co mō forsi-  
 tan possum⁹ et hec tria in vnū aliqd hoz. Nā  
 si vna eadēq; res in dei natura pōt esse sapiē-  
 tia ⁊ potentia: aut vita ⁊ sapiētia: cur nō vna  
 eadēq; res esse possit in dei natura eternitas  
 ⁊ sapientia: aut beatitudo ⁊ sapiētia. Ac p̄ h̄ si  
 cur nihil intererat vtrū illa duodecim: an ista  
 tria diceremus: qñ illa multa in istam redigi-  
 mus paucitatem. Ita nihil interest vtruz tria  
 ista dicamus an illud vnū in cuius singularita-  
 te duo cetera s̄nt redigi posse monstrauimus.  
 Quis itaq; disputādi modus: q̄ nā tandē vis  
 intelligendi atq; potentia q̄ viuacitas rōnis:  
 q̄ acies cogitationis ostendet: vt alia iam ta-  
 ceam: hoc vnū qđ sapiētia dicitur deus: quo-  
 modo sit trinitas. Neq; em̄ sicut nos de illo p-  
 cipimus sapiam ita deus de aliquo sed sua est  
 ipse sapiētia: qz non est aliud sapiētia eius:  
 aliud essentia: cui hoc est esse qđ sapientē esse.  
 Dicitur quidem in scripturis sanctis: christ⁹  
 dei virtus ⁊ dei sapiētia. Sed quemadmo-  
 dum sit intelligendū ne patrem filius videat  
 facere sapientē: in libro. vij. disputatur est. Et  
 ad hoc ratio puenit: vt sic sit filius sapiētia d̄  
 sapiētia: quē admodū lumen de lumine de-  
 de deo. Nec aliud potuim⁹ inuenire sp̄m̄ san-  
 ctū: nisi ⁊ ipm̄ esse sapiētia: ⁊ simul oēs vnā  
 sapiētia: sicut vnū deū: vnā essentia hanc  
 ergo sapiētia qđ est deus: quō intelligim⁹ esse  
 trinitatē non dixi quō credimus: nam hoc in-  
 ter fideles nō debet habere qđem sed si aliq̄  
 mō p̄ intelligentiam possumus videre qđ cre-  
 dimus quis iste erit modus. Si em̄ recolam⁹  
 vbi nostro intellectui ceperit in his libris tri-  
 nitas apparere: octauus occurrit. Vbi quippe  
 vt potuimus disputādo erigere temptauim⁹  
 mentis intentiōem ad intelligendā illam pre-  
 stantissimam imutabilem naturā qđ nostra  
 mens non est. Quā tñ sic intuebamur: vt nec  
 longe a nobis esset: ⁊ supra nos esset: nō loco  
 sed ipa sui venerabili mirabilisq; pstantia: ita  
 vt apud nos esse suo p̄nti lumine videret. In  
 qua nobis adhuc nulla trinitas apparebat: qz  
 nō ad eā querendā in fulgore illo firmam mē-  
 tis aciem tenebamus: tantū qz non erat aliq̄  
 moles vbi credi oporteret magnitudinē duo-  
 rum vel triū plus esse q̄ vnus: cernebam⁹ vt  
 i. Job. 4. cūq; Sed vbi ventū est ad caritatē que i san-

cta scriptura deus dicta est: eluxit paululū tri-  
 nitas. i. amans: ⁊ qđ amatur: ⁊ amor. Sed qđ  
 lux illa ineffabilis nostrū reuerberabat obru-  
 tum: ⁊ ei nondū posse cōtemperari n̄ e mētis  
 quodam mō pvincebat infirmitas: ad ipi⁹ no-  
 stre mentis fin quā factus est hō ad imaginē  
 dei: velut familiariorē p̄siderationē reficiēde  
 laborat⁹ itentiois cā: iter ceptū dispositūq; re-  
 fleximus. Et inde in creatura qđ nos sumus:  
 vt inuisibilia dei p ea q̄ facta sunt cōspicere in-  
 tellecta possemus: imozati sumus a. ix. vsq;  
 ad. xiiij. libz. Et ecce iam q̄tum necesse fue-  
 rat: aut forte plusq; necesse fuerat: exercitata  
 in inferioribus intelligentia: ad summā trini-  
 tatem qđ deus est p̄spiciendā nos erigere vo-  
 lumus nec valem⁹. Non em̄ sicut certissimas  
 vidimus trinitates: siue q̄ forinsecus de reb⁹  
 corp̄alibus fiunt: siue cū eai pa q̄ forinsec⁹ sen-  
 sa sunt cogitant: siue cū illa q̄ oriuntur in ani-  
 mo nec p̄tinent ad corp̄is sensus: sicut fides: s̄  
 cur virtutes q̄ sunt artes agēde vite: manife-  
 sta rōne cernūtur ⁊ scientia cōtinent: siue cū  
 mens ipa qua nouimus quicqd nosse nos ve-  
 raciter dicimus sibi cognita est: vel se cogitat  
 siue cū aliqd qđ ipa nō est eternū atq; imuta-  
 bile p̄spicit. Non ḡ sicut in his omnibus certissi-  
 mas vidimus trinitates: qz in nobis fiunt vt  
 in nobis sunt: cū ista meminimus asp̄cimus:  
 volumus: ita videmus etiā trinitatē deū: qz  
 illic intelligendo p̄spicimus tanq; dicentem:  
 ⁊ verbū ei⁹: id est p̄m ⁊ filiū atz inde p̄cedē-  
 tem caritatē vtriusq; cōmunem scz sp̄m̄ scm̄.  
 An trinitates istas ad sensus nostros: vel ad  
 animū p̄tinentes videmus potius q̄ credim⁹  
 deū vero esse trinitatē credim⁹ potius q̄ vide-  
 mus. Qđ si ita est: p̄fecto aut inuisibilia ei⁹ p  
 ea q̄ facta sunt nulla intellecta p̄spicimus: aut  
 si illa cōspicimus nō in eis p̄spicimus trinita-  
 tē: ⁊ ē illic qđ p̄spiciam⁹: ⁊ est qđ etiā non p̄spe-  
 ctum credere debeamus. Conspicere autem  
 nos imutabile bonū qđ nos nō sum⁹ li. viij. offi-  
 dit. ⁊. xiiij. cū de sapia q̄ homini ex deo est loq̄-  
 remur admonuit. Cur itaq; ibi non agnosci-  
 mus trinitatē. An hec sapiētia qđ deus dicit  
 nō se intelligit: nō se diligit. Quis hoc dixerit  
 aut qđ est qđ nō videat: vbi nulla scia est: nullo  
 mō esse sapiam. Aut vero putandū est sapiē-  
 tiam qđ deus est scire alia ⁊ nescire seipam: vel  
 diligere alia: nec diligere seipam: que si dici si-  
 ue credi stultū ⁊ impium est. Ecce ergo trini-  
 tas sapiētia scz ⁊ noticia sui ⁊ dilectio sui: sic  
 enim ⁊ in homine inuenimus trinitatem id ē  
 mentem et noticiam qua se nouit: ⁊ dilectio-  
 nem qua se diligit.

i. Cor. i.

Gen. i.

Rom. i.

i. Job. 4.

# Liber

Quomodo differat trinitas que inuenit i  
imagine dei a trinitate q̄ deus est. La. VII.  
Ed hec tria ita sunt in hoie: vt nō ip  
sa sint hō. hō est em̄ vt veteres diffi  
nierūt: aīa rōnale mortale. Ille er  
go excellit in hoie: nō ip̄a sunt hō. Et vna p  
sona. i. singulis q̄sq; hō hz illa tria in mēte. qd̄  
si etiā sic diffiniamus hoicm vt dicam⁹. hō est  
suba rōnalis p̄stans ex aīa z corpe: nō est du  
bium: hoicm h̄re aīam q̄ nō est corpus: habe  
re corpus qd̄ nō est aīa. Ac p̄ hoc illa tria non  
hō sunt: sed hoīs sunt vel in hoie sunt. Petra  
cto etiā corpe si sola anima cogitē: aliqd̄ ei⁹  
est mens tanq̄ caput eius vel oculus vel faci  
es: sed nō hec vt corpa cogitanda sunt. Non  
igitur aīa: sed qd̄ excellit in aīa mens vocatur  
¶ Nun qd̄ aut̄ possum⁹ dicere trinitatē sic esse i  
deo: vt aliqd̄ dei sit nec ip̄a sit deus. Quapro  
pter singulus quisq; hō qui nō fm̄ oīa que ad  
naturā p̄tinent eius: sed fm̄ solā mentem ima  
go dei ē: vna p̄sona est: z imago est trinitatis  
in mente. Trinitas x̄o illa cui⁹ imago ē: nihil  
aliud est tota q̄ deus: nihil est tota q̄ trinitas  
¶ Hec aliqd̄ ad naturā dei p̄tinet qd̄ ad illā non  
p̄tineat trinitatē. Et tres p̄sone sunt vni⁹ eēn  
tie nō sicut singulus q̄sq; hō vna p̄sona. Itēq;  
in hoc magna distantia est: q̄ siue mentē dica  
mus in hoie: eiusq; noticiā z dilectionem siue  
memoriā: intelligētia: volūtātē: nihil mentis  
meminimus: nisi p̄ memoriā: nec intelligim⁹:  
nisi p̄ intelligētiam: nec amamus: nisi p̄ volū  
tatē. At x̄o in illa trinitate q̄s audeat dicē pa  
trem nec seipm̄ nec filiū nec sp̄m̄ sc̄m̄ intelli  
gere nisi p̄ filiū: vel diligere nisi p̄ sp̄m̄ sc̄m̄: p̄  
se aut̄ meminisse tm̄mō vel sui vel filij vel spi  
ritus sancti: eodemq; mō filiū nec sui nec p̄ris  
meminisse nisi p̄ p̄rem: nec diligere nisi p̄ sp̄m̄  
sanctū: p̄ se aut̄ nō nisi intelligere z p̄rem z se  
ipm̄ z sp̄m̄ sc̄m̄. Sicut z sp̄m̄ sc̄m̄ p̄ p̄rem memi  
nisse z p̄ris z filij z sui: z p̄ filiū intelligere z pa  
trem z filiū z seipm̄: p̄ se aut̄ nō nisi diligere et  
se z p̄rem z filiū: tanq̄ memoria sit pater z sua  
z filij z sp̄s sancti: filius aut̄ intelligētia z sua  
z p̄ris z sp̄s sancti. Sp̄s vero sc̄tus caritas z  
sua z p̄ris z filij. Quis hec in illa trinitate opi  
nari vel affirmare p̄sumat. Si em̄ solus sibi fi  
lius intelligit vt intelligentia sit: z sibi z p̄ri et  
spiritui sancto: ad illā redit̄ absurditatē vt pat̄  
non sit sapiēs de seip̄o: sed de filio: nec sapien  
tia sapiētiam genuerit: sed ea sapiā p̄r dicatur  
sapiēs esse quā genuit. Vbi em̄ nō est intelli  
gentia nec sapiā pōt̄ esse: ac p̄ hoc si pater nō  
intelligit ip̄e sibi: s̄ filius intelligit patri: profe  
cto filius patrem sapientem esse facit. Et si h̄

est deo esse qd̄ sapere: z ea illi essentia est que  
sapiētia: non filius a p̄re qd̄ verū est: sed a fi  
lio potius habet pater essentia: qd̄ absurdissi  
mū atq; falsissimū est. hanc absurditatē nos  
in libro septimo discussisse: cōuicisse: abieccisse  
certissimū est. Est ergo deus p̄r sapiens: ea q̄  
ip̄e sua est sapiā: z filius sapiā p̄ris de sapiētia:  
z filius sapiā p̄ris de sapiā qd̄ est pater de quo  
genitus est filius. Quocirca cōsequēter est z  
intelligens pater ea q̄ ip̄e sua est intelligētia:  
neq; em̄ esset sapiēs q̄ nō esset intelligēs: fili⁹  
aut̄ intelligētia p̄ris de intelligētia genit⁹ qd̄  
est pater: hoc de memoria nō incōuenienter  
